

1. Flaccij s. Matth. Myrs. figurae spiritus
sancti. 1572.
2. —— Censura de libro: Unterricht
1572
3. —— De Augustini et Manichaeo,
rum sententia in controver-
sia peccati. 1572
4. —— Declarationis sententia de
originali peccato. 1572
5. Spangenberg s. Cyriaci s. von Klaßnig
von der Schriftwürde. 1572.
6. Irenei s. Christoph. s. alienorum
botanikus usq; ex nobis.
1572.
7. Spangenberg s. Cyriaci s. Künckel
Kunst aus der Schriftwürde.
8. Coelestini s. Joh. Fried. s. botanikus
von der Schriftwürde. circa 1570
9. Flaccij s. Matth. Myrs. botanikus
aus der Schriftwürde. 1570.
10. petrei s. Henr. s. themata, de
peccato originali, plebeie
1572.

11. Dr. theologen zu jena ausw.
münz für den sacramentischen
Catelchismus stifts zu Wittenberg
jena 1571.
12. Beijand spichs de propofitione
bona opera retinent salutem,
jena 1571.
13. Dr. theologen zu jena ausw.
münz für den katholiken dr
Sacrament schriften zu Wittenberg
1572.
14. Seluccer f. Nicolai diff. in
auctorum 3. Wittenberg
15. Dr. theologen 1571
münz von D. Mayer, testament.
jena 1571.
16. Henrj. f. Eusebii gratiarum
actio pro Victoria Augusto
Duci Sachomie concessa Wittenberg
17. Heschijs filii f. fratz ob
on quip mit seim unchristian
beispiel gemit geafft haben
jena 1572.

SPIRITVS S. FIL
GVRAE AVT TYPI ORL
GINALE PECCATVM
depingentes:

REFVTATIO PELAGIA
norum Spectorum.

*Simeon Chrysophorus Wellerus M
fcl 1745*

ORIGINAL peccatum nusquam ita plenè, copio-
seq; describitur, ut Rom. 5. 6. 7. & 8. Ibi affirmat Apo-
stolus , illud esse Vim quandam præpotentem , regnan-
temq; in toto homine. Edentem rationalis naturæ opera
variorum vitiorum , cupiditatum & actualium peccato-
rum , Militantem malitiosissimè contra Deum legemq;
eius, accusantem & nouum hominem , eis eruire conan-
tem. Conuenit cum hoc Christus & tota scriptura, acce-
dente etiam eius fido interprete tertio Helia, quod sit ip-
sum Cor, Mens, aut Ratio cum omnibus suis præstantissi-
mis viribus. Confitetur & Augustinus Apostolo ibi pecca-
tum esse ipsam carnem concupiscentem contra spiritum,
libro de Ciuitate Dei 15. capi. 7. & toties definiens, pecca-
tum Originale esse concupiscentiam. Quod eius prædica-
tum disertè exponit Apologia, quod sit ipsamet corrupta
Natura, sitq; ea vis, quæ querit carnalem sapientiam & iu-
sticiam, ijsq; bonis confidit , contemnens Deum &
eius iusticiam. Estne istud accidens separa-
bile, aut potius nobilissima

*A. J. Wallbaum
Salfeldia . 1745.*

Auno M. D. LXXII. *22*



AB 154093

SPIRITVS S. FL GVRAE AVT TYPI ORI GINALE PECCATVM depingentes:



RO & orent omnes p̄ij filium uiuentis Dei, unicum il-
lum Emanuelem & Michælem nostrum, ut illustret ac
conseruet ueritatem suam, protegat Ecclesiam, & sub pe-
dibus eius conterat Satanam furentem, & infinita scan-
dala intricando ueritatem spargentem, ob promissam
misericordiam & ueritatem suam, gloriamquè nomnis sui, & hominum
salutem, Amen.

Cum in controuersia aliqua, aut etiam alia tractatione, scriptor cer-
tam propositionem initio constituit, eamq; abundè explicat, & protesta-
tur eum esse suum scopum aut sententiā, eoq; se omnia dirigere: tūm sane
æquum est, & id fieri solet, ut cum postea obiter eandem propositionem,
aut alias conclusiones eò spectantes profert, omnes ad illud fundamentum
explicationemq; à lectoribus attemperentur, & secundum illud intelli-
gantur. Quod ante omnia æquum fieri est in Ecclesia, ubi summus candor
& studium querendæ ueritatis uigere debet.

Iam ego mitiò mei tractatus, Clavi secundæ inserti, & iam ante quin
quennium impressi, copiosè simul et diligenter meam propositionem cir-
cumscripti, ostendens primū de subiecto, ne non loqui de peccato in gene-
re, sed tantum de originali, aut potius eius parte principali, excludendo
nempe reatum, etc. Non etiam de peccato orig. in abstracto, sed ut est in
singulis hominibus iam corruptissimis, nō ita quoq; usurpare hanc uocem,
uti philosophia & communis vulgi usus, sed ut scripture, eamq; rem pro
peccato habere, quam lex Dei & Apostolus Paulus, præsertim Ro. 5.6.
& 8. pro peccato originali describat & accuset.

Circumscripti etiam ita prædicatum, quod non loquar de substan-
tia quadam habente suam propriam materiam, diuersamquè ab homine,
qua sit à Satana creata, ut Manichæi delirârunt, teste Augustin. lib. 1.
contra Iul. Non etiam de toto homine, sed de eius nobilissima regnanteq;
parte, seu de eius ratione aut libero arbitrio, idquè non simpliciter, sed

A 2 defor-

De ac se no /
de pte in ap /
M. 17.
116 regas dila /
no 107 dolo /
mine.

de forma eius, quatenus ea pars ante a quidem fuerat conformis Deo, ueraq; eius imago, & fons omnis boni, nunc autem est tota per illam primi hominis ruinam inuersa, corruptaq; Diabolo conformis, atrocissima Dei hostis, & fons omnis actualis peccati.

Eandem circumscriptioinem meae propositionis exposui multò copiosius & plenius in libro Nosce, pag. 45. & 232. usq; in finem, sic & in libello de Occasionibus errorum, præterea in Defensione copiosius ac sèpius. Deniq; quid tandem crebrius repetitur in omnibus istis meis scriptis, quam quod loquar potissimum de summo hominis gradu aut libero arbitrio, idq; quatenus is prius quidem fuit Deo conformis, nunc autem per illam Satanae trucidationem est factus Deo incorformis aduersusq;

Ad eam meae propositionis explicationem deberent candidi lectors semper uigilanter respicere, & omnia ad eum intellectum referre, neque credere illorum calumnijs, qui carnalissime omnino more ac intellectu Nicodomi, spiritualia carnaliter metientes & mentientes clamant, me dicere totum hominem, aut certè totam eius formam essentialē esse initio abolitam, & nouam à Satana conditam. Ceterumque multipliciter mihi scopus & status istius cause inuertatur, ostendi in Confessione tum mox initio, tum in ternione A. & O:

Istam uero distinctionem & circumscriptioinem, de essentia formalē aut forma essentiali corrupta, & planè ex optima imagine aut essentia in pessimam Satanae imaginem transformata, non meo arbitrio aut temeritate aliqua excogitaui: Sed quia Paulus Rom. 6: ac 7: & Christus tota q; scripture passim testantur, illud summum malum & originem omnis actualis mali in homine, esse ipsammet nobilissimam hominis partem aut potentiam, quæ in toto homine dominatur, nempe Cor, peruersum spiritum mentis, Mētem uanam, Intellectum cæcum, & totum sensum carnis. Deindeq; eum spiritum mentis iubent ita renouari ac transformari, (quo ipso uerbo scripture utitur) ut is exuat ueterem hominem, & induat nouum. Præterea quia faciunt triplicis imaginis hominis mentionem, illius primæ Dei imaginis, in qua est creatus Deo conformis: illius secundæ, in quam est per illud, Morte morieris, ab homicida Satana transmutatus, quæ uocatur Vetus Adam, & in qua genuit omnes posteros: Et deniq; istius nouæ, per regenerationē restitutæ, qua rursus incipit esse Deo, & eius legi conformis.

Ita igit;

Ita igitur in ista materia indicat Scriptura potissimum illam summa-
mam nobilissimamque partem hominis, nempe illum olim à Mose dictum
spiritum uitæ, à D. Virgine autem Mentem cordis, & à Paulo spiritum
mentis, eique tres sibi inuicem succedentes imagines aut formas, in quas
transmutari, & transformari potest & debeat, adscribit.

Sic & Wigandus ipse in libro de Homine, istam essentialē trans-
formationem hisce uerbis describit: Etsi mansit corpus & anima homi-
nis, exuta tamen & spoliata sunt suis Substantialibus seu propriissi-
mis proprietatibus imaginis diuinæ, quibus successit impuritas & ma-
litia. Et corpus quidem portionem suam, quam de imagine Dei habu-
it, ut suprà diximus, penitus amisit, & tanquam scoria de argento
remanxit. Anima uero, licet ipsa quoque ueluti Scoria ex auro pu-
rissimo, & quidem multò deterius quiddam facta aut commu-
tata sit, tamen quæ scintillæ, reliquæ seu uestigia de imagine Dei in ea
remanserunt, explicandum est, in quibus nimurum homo à brutis tamen
differt, etiam in hac uita.

Item fol. 76. Ad hunc modum sacra Scriptura dicit, mansisse quidem
COR (quo uocabulo præcipuas, aut rationales in homine partes seu
uires comprehendit) sed corruptum, sed immundum, sed uanum, sed per-
uersum, imò denique horrenda metamorphosi ex corde spiritua-
li in lapideum & adamantineum, ut scriptura loquitur, immuta-
rum, perinde ac si aurum & argentum uersum esset in plumbum,
aut scoriam, aut vinum in acetum uel aquam: Quibus similitu-
dinibus hæc teterrima substantialisq; fermentatio aliquo modo depin-
gitur, etiam ab ipsa Scriptura.

Item fol. 78. Non enim tantum sauciatio in naturalibus, sed primum
amissio præcipuarum rerum ex substantia facta est, quæ qui-
dem ipsi substantię increatæ atq; implantatæ fuerunt, et ad formam
essentialē hominis in natura integra pertinebant. Deinde non modò
uulnera, sed res multo tetrores successerunt, quæ nūc in natura cor-
rupta posituum malum sunt.

Item fol 92. Anima uero corpori unita in sua substantia etiam im-
pura, ac ueluti ex auro purissimo in scoriam immutata est, &
destituta præcipuis ac summis proprietatibus ac facultati-
bus, quas debebat habere, si natura integra mansisset: ea infirma, imò
A 3; insuper

insuper detestanda malitia prædita, ut contra D E V M cogitet & agat.

Item fol. 93. Cum tota anima sit peccato non minus quam ipsum corpus corrupta & transformata, sine dubio & illa pars eius, quæ mentis Substantiam præbet, depravata est.

En audis eam non accidentium tantum alterationem, sed etiam ipsius essentiæ transformationem apertissimè afferere.

Illa igitur optima forma, ex qua est facta ista horrenda transformatione, fuit illa prima imago Dei & iustitia Originæ. & ista forma, in quam homo est mutatus, est imago Diaboli & iniustitia aut peccatum Originale, & postremò illa in quam rursus transformamur, est noua imago Dei.

Ita non ex meo cerebro, sed ex scriptura, consentientibus etiam alijs Doctoribus, sumpsi istam distinctionē, de nobilissima hominis parte, deq; eius duabus imaginibus & formis aut essentijs formalibus, et de essentiali animæ TRANSFORMATIONE.

Verūm ut tantò melius ista tam difficilis quæstio cognosci percipièt etiam à rudioribus possit, proponam breuiter plures aptissimasq; picturas aut similitudines, quibus in hoc ipsum data opera propositis, Spiritus S. nobis istam tantam rem, in tota Scriptura ante oculos, expressit depinxitque. Quibus expositis postea etiam aliquid de contrarijs Spectris imposturisque Satanae suum Pelagianismum instaurantis dicam.

I. Primum Deus ipsum serpentem, Adami omniumq; hominum, iam proh dolor, patrem & præceptorem dominumq; cum antea (ut ex textu Lutherus bene coniicit) animal erectum, speciosum, ingeniosum & generosum esset, ita sua maledictione (res optimas, teste Luthero, in pessimas uertente) in tetram formam conuersum, in terram prostrauit, & ad tristem uictum relegauit, uti doceret eius semen homines, quod ipsi quoque perinde animo ipso (quo uel maximè debebant esse, ut Apostolus loquitur, familiares, domestici & filij Dei, suamq; conuersationem in cœlis habere) iam toti terrenis curis & nugis, imò & uitij ac sceleribus uenenisque affixi sint, & in illis infernalibus lustris dies ac noctes fœdissime uolutentur: Et quod peius est etiam perinde Deo hostiliter aduersetur, ut serpens homini & Satan Deo ipsi. De quo nos etiam ipsa uiua expex;

Experientia nostræ tetræ uitæ coarguit. Vbi manifestissime apparet, tūm ex simili, tūm effectis, ipsam intimam formam essentialē regimē rationis planè inuersam transformatamq; indicari.

II. Secunda similitudo aut pictura huius Origina. ruinæ in eo proponitur à Deo primis parentibus, quod iuxta illam seuerissimam Dei sententiam, Eadem die Morte morieris, mox uident corpora sua mutata esse: exuta nempe illa corporis ipsius inuiolata ualitudine, & coessentiali immortalitate ipsa, glorioſaq; specie, & quaſi quadam maiestate, qua antea fulserant, alijſquè præclarissimis dotibus ac uiribus corporis. Quo significatum est, ſic ipſorum illum internum nobilioremq; hominem aut ſpiritum uitæ, animam rationalem, eſſe uerè nudatum, in illo diuino intellectu & uoluntate, optimè omnia ſua obiecta, Deum eiusq; uoluntatem ac cultum, ſeipſum, ſuumq; ſenem ac officium uerumq; bonum, & omnes creaturerum naturas ſermonemque de ipſis ſcientem aut intelligentem, uolentemq; ac eligentem, & omnibus reliquis uiribus prosequentem, imò & ipſa illa ſpirituali immortalitate aut uita beata.

Quare uerè iam anima facta eſt nudata, & rafa quædam mortuaq; & omni bono carens ac mendicat abella, ut Aristoteles & alij Philosophi olim diſputarunt, forte etiam auditione illam primam nudationem accipientes.

Nequè tamen ſolum ſpoliatum eſt corpus ſua dignitate boni, maxima ex parte, ſed etiam recipit in ſeſe ſemen mortis & omnis generis morborum, ut totus ruat in priuationem ſuæ formæ, ſeu habeat Naturam, quæ eſt uerè magis principium aſſidui motus ſeu interitus, quam quietis ſeu uitæ, ut Physici loquuntur. Sic ſanè & anima ſeu internus ille homo uerè principia cauſasq; mortis et omnis mali in ſeſe recepit, iuxta illud: ſensus carnis mors eſt, & inimicitia contra Deum, neq; eius legē aut uoluntati ſubijcitur, aut ſubijci potest.

III. Tertia similitudo eſt, quod ſicut primos parentes pudet ſuæ ilius Nuditatis externæ, mendicitatisq; & defectus omnium honorum, eoquè coguntur ſeſe tūm tegere, tūm etiam munire contra cœli iniurias: ita eosdem pudet internæ Nuditatis conſcientiæ & prauæ mentis ſuæ, quem internum hominem, iam uerè, & Philosophi diſſerunt, rafam tabellam exiſtentem, unâ cum ſuis posteris, coguntur uarijs ſcientijs, uariarum rerum et multis habitibus, ceu quibusdam undiq; præcariō cor-

rogatio

rogatis emendicatisq; et male consutis pannis, munire: Altoqui certe nec terrenam quidem istam uitam agere possent.

Conantur quidem illi, una cum omnibus posteris, etiam suum illum internum hominem conscientiamq; perinde mendacij & prauis excusationibus, posterique prauis expiationibus, religionibus et cōmentitij iustitijs coram Deo tegere, sicut foris fculneis folijs corporis nuditatē ualebant: Sed frustra, nisi uestiantur aureo uellere agni Dei, per illud uelus aut pelles significato, Apoca. 3. Stulte clamant diues sum, & uestitus formosusquē.

III. Caput serpentis aut draconis, Genes. 3. et Psal. 74. in isto eius semine per benedictum semen conterendum, non tantum Lutherus ac ueteres intellexerunt de pessima ista Satanae imagine, aut Originali peccato, naturaq; filiorum Diaboli: Sed etiam Scriptores noui testamenti, qui docent, Christum ad hoc ipsum uenisse, ut i destruat opera Diaboli, nempe mortificet, crucifigat ac sepeliat ueterem hominem, corpus peccati, carnem, &c. Iohan. 3. Romanor. 6. & 7. Ephes. 4. Coloss. 2. & 3. Ephes. 5.

V. Satan factus ex pulcherrimo fulgentissimoq; Angelo lucis horrendus spiritus tenebrarum, est omnino quoddam antitypon hominis, praestim animæ corruptæ. Nos enim sumus eius imago, & nō frusta filii ipsius dicimur. Pulchritudinem nos factis, mendacio & homicidio, odioque uerbi Dei patrizantes, ipsi similes, ac ex eo natos esse Christus testatur, Ioa: 8. & 1. Io. 3. Quod autem Satan sit essentialiter inq; ipsa arbore transmutatus, testantur eius pessimi fructus, testantur & picturae honorum & malorum Angelorum in scriptura propositæ, per externam speciem, internam eius essentiam naturamq; aut formam nobis depingentes.

VI. Genes. 5. Proponuntur due contrariae picturæ aut imagines, Altera, in qua primus homo est à Deo optimè formatus, in similitudine & imagine sua: Altera, in quam ipse iam post illam suam horrendam, spiritualemq; ruinam est transformatus, & in qua suos liberos posterosq; genuit, pessima nempe arbor pessimas propagines, & pessimus coruus pessima oua, pullosquè generans. Sicut igitur hæc posterior imago, terreni Adami essentialis imago aut forma est (Omnia enim gignentia gignunt sibi ipsa essentia simile) sic & illa prima imago Dei fuit ipsa forma essentialis animæ.

VII. Sc̄

VII. Septima similitudo picturaq; est, quod sicut Deus prius ita ipsam terram efficacem operosamq; ad bonū considerat, ut (sicut Poëta inquit) pro suæ naturæ summa bonitate, sponte sua optimas arbores & fruges nullo cogente ferret, postea autem maledictione irati Dei adeo est muersa, ut quantumvis ingenti labore excolatur, optimoq; semine conservatur, ferat tamen spinas & tribulos: Sic etiam anima totusq; homo, ex terra sumptus, & filius terræ, antea quidem pro sua præstanti bonitate, natura aut optima forma ultrò præclarissimè suo officio defungi potuit, & aliquandiu etiam defunctus est: Donec uenit pessimus ille magister, mendax & homicida, cumq; seduxit & horribiliter trucidauit, ac in hoc triste spiritualeq; cadauer redegit, transformauitq;.

Nunc uero contra idem homo nullis humanis aut diuinis institutionibus & adhortationibus, minis ac promissionibus, poenis aut beneficijs cohiberi potest, quin perpetuò importunissimè tumultuetur, & furterer ruat contra Deum, omnemq; pietatem ac honestatem. Hunc ergo quasi librum aut concionem pœnitentiæ proposuit Deus homini ante oculos, tristi perpetuoq; labore colendo legendum, ut ex suæ matris malitia suam homo, causa omnis mali, cognosceret, utq; certò animaduerteret, quod sicut ipsa tibi, multum in illa excolenda sudanti, pessimos fructus proferat, ita ipse etiam multò peiores suo domino & magistro Deo ipsi.

VIII. Illa quoque horrenda pictura nimium crassè clareq; humanigenoris, summā tristissimamq; ruinam expressit, quod primi parentes mox in suis primis charissimisq; filiis coacti sunt spectare, tūm Cainum uerè spiritaliter mortuum, ut pote pessimos fructus ex prauo thesauro cordis ubertim edentem, uidelicet prauum cultum falsamq; doctrinam contra Deum, inobedientiam erga ipsos parentes, atrocissimum odium & furem contra unicum fratrem: Postea etiam eiusdem parricidium desparationemq;, & plenam reiectionem à Deo spectarunt, quem sui posteri sunt imitati. Viderunt etiam primum cum gaudio, tūm in se, tūm & in Abele filio, aliquam instaurationem illius primum deperditæ spiritualis uitæ ac imaginis Dei. Tūm denique ingenti cum animi cruciatu spestarunt tristissimum illud facinus parricidij & deformissimum cadauer Abelis: Multumq; inde secum cogitarunt & contulerunt ac commenstati sunt, quomodo in ipsis totum genus humanum à latrone Satana spin-

ritualiter trucidatum sit, ac informam horrendi spiritualisq; cadaue-
ris redactum transformatumq;, quod iam Deo, Angelis & toti rerum
naturæ uenenatè foeteat, & unde omnia illa aliaq; infinita & ingentis
mala proueniant & prouenient.

IX. Insana structura turris Babel usq; in cœlum tendentis, pingit il-
lorum primorum terrigenarum inuito lehoua diuinitatem affectantium
nefarium conatum: sicut & descendantis eiusdem Domini maledictio con-
fusio & dissipatio illorum exprimit humani generis maledictam, disic-
tiam confusamq; naturam: Adeo ut in summis partibus nobilissimisq; po-
tentijs, uel etiam in toto homine sit mera confusio, dissensio, sedicioq;
& plusquam ciuile bellum usque adeo, ut alia pars altam non intelligat,
nec adiuuet, sed potius oppugnet hostilissime. Quare iam totus homo-
totumq; genus humanum est una horrenda turris Babel, nempe mera con-
fusio & habitaculum, lustrumq; omnium immundarum & uenenatissi-
marum bestiarum.

X. Octaua similitudo est, quod sicut terra Sodomæ illa horrenda Dei.
pœna partim prorsus abolita est, partim planè in contrariam quandam
naturam essentiamq; unâ cum arboribus ipsis & fructibus est transfor-
mata, ut terra quidem ipsa pro uliginosa, uiscosa & densa pinguiq;, san-
cta sit arenosa & salsuginea Deut. 29. & ut arbores ferant fructus, ha-
bentes quidem foris pulchram speciem, sed intus plenos fumo, fauilla &
cimere, utquæ uites ferant botros plenos liquore amarissimo & uenena-
tissimo, ut est fel draconum: Sic planè homines per suum lapsum, apo-
stasiamq; & trucidationem Satanæ sint inuersi in pessimam naturam.
Neque hæc mea quædam diuinatio est, sed Moses ipse ita exponit istam
picturam corruptæ hominum naturæ, Deute. 32:

Lutherus ex eadem illa Sodomæ subuersione sumit, & illam figua-
ram, quod perinde homo inuersus sit, ut Vxor Loth in statuam salis. Vim
de eius commentarium super Psalm. 90.

XI. Nona pictura, & grauissimum testimonium induratæ corruptis-
simæq; naturæ hominum est preputium & circumcisio, quam multum
scriptura ueteris & noui Testamenti ad declarandam hanc ipsam do-
ctrinam inculcat: Docensq; perinde ut glans, ne lœdatur, illa cute con-
tegit.

Ita & Cor hominis sit pessima quadam, & planè lapidea, aut etiam:
adamans

ad imantina natura , cùte aut thorace indutum , & uerè habens triplices ,
aut etiam multiplex circa præcordia ferrum , ne ullum uerum sensum bo-
ni aut mali habeat , aut ullus ictus pulsus uerbi Dei , minas aut promis-
siones , sentiat eiusuē afficiatur . Quare monet oportere circumcidì cordæ
nostra , in modo etiam lacerari & excidi illā lapideam naturā cordis , per ue-
ram regenerationem , transformationem , & noui spiritualisq; cordis
creationem , ac iūne legis Dei , uiuam inscriptionem , ut cor ac mens no-
stra non sit amplius rasa , omniq; bono spoliata & mendica tabella .

Lutherus etiam illam uerissimam eruditissimamq; doctrinam hinc
sumit , quod circumcisio diuinitus se uerissimeq; mandata significet , illa
quasi mutilatione fontis ipsius naturæ uitæq; hominum , totam naturam
esse Deo eiusq; legi aduersam & uerissimum peccatum , neminemq; de ius-
tissimi illius domini populo familiariq; esse posse , nisi qui istum ueterem
Adamum exuat .

XII. Decima pictura aut similitudo est in diluuij submersione pri-
mi illius impij mundi , qui uocatus est à Deo , CARO , Genes . 6 . & in
tenebrosi illius Deoq; inimici Ægyptij suffocatione in mari Rubro , (qui
Crocodus sūpē in Prophetis satanam & tyrannum carnem signat) euau-
dente spirituali gente filiorum Dei : Ubi significatum est ipsam carnem
& carnalem hominum naturā esse Deo , eiusq; legi aduersam , exosam &
abominabilem , eoq; uerè peccatum , & tantum eos esse filios Dei , qui ex
gratia à Deo electi per eius spiritum , & benedictum semen in filios Dei
regenerantur . Hosce typos etiam Petrus ac Paulus nostræq; Ecclesiæ
in formula Baptismi , ad regenerationem , seu ad ueterem hominem abo-
lendum , & nouum ex spiritu & aqua gignendum transtulerunt , ut id
non sit meum figmentum .

XIII. Deus subinde reiiciens filios carnales , idq; primogenitos uel
sanctissimorum uirorum , ut Abrahāmi & Isaaci , Isai ac Dauidis , & de-
niq; reiiciens totum Israelem , eligensq; tantum eos , quos ipse sibi per
promissionem genuit , quosque sibi in Isaaco illo suo spirituali adoptauit
& sanctificauit , ut sumus nunc nos gentiles : Satis liquido docuit , totam
istam carnem eiusq; propagationem , et quicquid in homine est , sibi su. eq;
legi planè esse inconformem , uerumq; & abominabile peccatum : ideoq;
oportere hominem prorsus renasci nouamq; creaturam fieri , si filius Dei
censi debeat : Cūm non iij sint filij Dei , qui ex carne & sanguine isto

corruptissimo etiam sanctissimorum patrum aut omnino ex uoluntate uirtus
nascantur, sed tantum qui ex Deo, cœlesti⁹ illa matre Gratia, per eius
promissionem & spiritum, Iohann. i. Galat. 3. & 4.

XIIII. Fermentum seuerissime arcet Deus à suo agno Paschali &
sacris suis: quo significatum est, hominem, cum sua industria omniq; ar-
tificio, esse iam ipsa natura reuera Deo exosum et abominabilem. Quan-
do Paulus interpretatur fermentum, non tantum corruptos mores ac do-
ctrinam, sed etiam ipsam hominis corrupti essentiam, aut ueterem ho-
minem: Iubens nos expurgare totum illud ueteris naturæ fermentum seu
original. peccatum, ut simus noua M A S S A , sicut per imputatio-
nem & inchoationem regenerationis potenti manu Dei cœpti sumus
refungi, fieri⁹ massa azyma.

Indicatur simul in eodem typo horrenda transmutatio & transfor-
matio primi hominis, ex illa sincerissima massa, in istam fermentatam
aut potius uenenatam, et rursus debere potente Dei regeneratione istam
fermentaceam massam fieri sinceram dulcemq; ac naturalem, ut olim
initio sumus conditi ab illo optimo architecto aut creatore, in sua imagi-
ne. Ita essentialis formæ hominis immutatio expresse depingitur, indica-
turq; original. malum esse istam tristem formam præsentis nostri fer-
menti. Conuenit cum ista transformatione fermenti illa Isaiae de auro
& argento purissimo, mutato in scoriam foedissimam, aut uino mutato
in aquam ueluappam.

XV. In lege Mosaica ritibusq; plurimæ omnino sunt picturæ, tum
ruimæ, tum & instauratio generis humani: Sed nos tantum illam pro-
ponemus, quod cum Moses ex mandato Dei sanctificasset & purificas-
set illum electum, & ex sanctissimis patribus natum populum, adduxis-
setq; ad Deum, ut ex ore eius legem audiret: non potuit populus, ob cor-
ruptissimam naturam pessimamq; conscientiam, affectum, uocem, & præ-
sentiam Dei ferre, sed potius contra refugiens eum, petijt mediatorem
hominem, (sicut nec Petrus homo peccator Iesum Deum ferre potest)
quem nec ipsum paulò post, ob diuinum eius fulgorem legisq; maiesta-
tem, tolerare potuit, sed necesse fuit uelum faciei Mosis imponi: quo si-
gnificatum est, corda Israelitarum horrendis & plusquam Ægyptijs te-
nebris esse occoecata, eoq; etiam legem Dei ipsis esse uelatam, ita uti-
eam in eligere prorsus nequeant. Sicut id Paulus copiosius exponit,

2. Corint. 2.

2. Corint. 3. De qua re habes etiam nostrum quendam tractatum impressum unā cum disputat: Vui mariensi, titulo, De Velamine Mosis eius que detractione. Sic & olim Philosophi experientia edocti dixerunt, hominem instar ueffertilionum ad meridianam lucem ueritatis cœcutire.

XVI. Innumera illa sacrificia, cum sanguinis effusione, imò & plena uictimarum exustione, significarunt tantam esse magnitudinem iniustiae humanae, tamq; esse ipsam Naturam hominum corruptissimam, & merum peccatum, totumq; ueterem Adamum, Deo penitus abominabilem, ut non lotio tantum aliqua expurgatioq;, & quasi sanatio eius à severa Dei iustitia requiratur, sed simpliciter ipsissimus interitus, tanquam rei omnium pessimae. Verum ingenti Dei erga nos hostes eius misericordia & mirabili dispensatione factum est, quod istud peccatum unā cum suo stipendio morte, sit in alium translatum, nosq; ueterem Adamo spoliati, ac Christo commortui & consepulti cum eodem in nouum hominem resuscitemur.

XVII. Commodissima omnino est illa pictura aut similitudo nostræ extremæ corruptionis aut degenerationis ex optima natura in pessimam, quod Spiritus in tota Scriptura confert hominem cum arbore olim optima, degenerante in pessimam, & cum uite nobilissima degenerante in labriscam aut uitem Sodomiticam, Isa. 5. Ier. 2. Deut. 32.

Sic & Christus sèpè nos confert cum fico palmitibusq; sterilibus, & cum tribulis ac spinis, cumq; uinitoribus & subditis rebellibus. Imò etiam nos uocat stramen exurendum ac plantationem Satanæ, & Paulus dicit nos esse oleastrum, quam similitudinem copiosè Ireneus exposuit. Quin etiam confert nos Christus cum zizania, sicut sèpè fit, ut uitio soli bonum semen tritici siliginis aut hordei degeneret in lolium, & omnia semina subinde magis degenerant, teste experientia.

In talibus igitur degenerationibus, non solum res optima in pessimā transmutatur, sed etiam essentialiter transmutatur, dum forma essentialis ipsaq; intima Natura prorsus inuertitur. Sicut in libro Nosce, 106. Ostendi iam quoque, teste Virgilio, semina & arbores & degenerare omniaq; ruere in peius, & uiciissim maxima cultoris industria posse aliqua mitescere, ac quasi cicurari. Sic sanè Spiritus sanctus uult docege, ante oculos proposita nobis pictura, homines ex optima arbore uiteq;

B. 3. nobilis-

mobilissima, amissa illa nostra specifica natura aut bonitate coessentialis,
que fuit imago Dei, inuersos transformatosq; esse in contrariam pessi-
mam, accepta specifica natura aut prauitatem, quae est imago Diaboli.
Quam nostram essentialcm arboris uitisq; istius degenerationem natu-
ræq; intime inuersionem, etiam pessimi mores, operæ nostra præsen-
tia, collati cum illis prioribus primi hominis, liquido testantur.

XVIII. Christus illam quoque nostræ ruine picturam nobis consi-
derandam contemplandamq; proponit, quod docens nos discernere non
tanum ueros doctores à falsis, sed etiam quosuis uerè pios aut renatos
ab impijs, iubet nos fructus ipsos contemplari. Sanè cum nos miseri ho-
munciones intus latentes rerum naturas prospicere nequeamus, commo-
dissimè usitateq; easdem ex ipsarum effectis discernimus. Neque enim re-
gula ista omnium eruditorum communis experientiæ & Christi ipsius
fallere potest, quod ex effectis intima natura causarum cognoscitur: Si-
quidem etiam quævis causa, pro suæ naturæ bono aut prauo ingenio ac ui-
gore producit bonos aut prauos fructus effectusq;. Eodē faciunt illa, Ex
abundantia cordis os loquitur, & Ex ore tuo te iudico. Item malus &
bonus homo profert de thesauro cordis sui, &c. Aut facite arborem bo-
nam, & fructus bonos aut contra. Quomodo uos potestis bona loqui, cùm
mali sitis?

Sic & Ioannes eius Apostolus iubet ex operibus ac moribus bonis
aut prauis discernere filios Dei, & filios Diaboli, & illud latens Dei
aut Satanae semen in eis, nempe ipsam imaginem Dei ac Diaboli. Qua-
re hac pictura aut typo docet nos Christus conferre opera Adami sequen-
tia lapsum cum præcedentibus, ut inde liquido perspiciamus, quam lon-
gè alia natura intimumq; ingenium & cor aut mens fuerit in illo Ad-
amo lapsu trucidatoq; aut genitum serpantis, quam antea fuerit in illo
uiuo & imagine filioq; Dei, & quantopere homo initio fit mutatus ac
transformatus per illud, Morte morieris.

XVIII. Deus Ieremiæ 13. pingit corruptionem generis humani
per succinctorum Prophetæ, quod ex mandato ipsius repositum ab illo
sub petra, tandem repertum est planè putre. Exponit enim Deus ipse
applicando eum typum, se quoq; genus humanum sic sibi penitus adiun-
xiisse, sicut homines solent inducere aut succinctorum intimo corpori ap-
plicare: Verum item genus humanum planè corruptum, sibiq; mutile &
abominabile.

abominabile factum esse. Apta sane pictura erat: Ibi enim & idem erat
in diuidum succinctorij, aut potius quasi cadauer umbraq; eius, & tamen
tota essentia planè putris corruptaq; aut destruta. Non ergo est uerum,
quod non possit corrumpi alicuius indiuidui essentia, sine plena eiusdem
abolitione. Sed Deus istam uerè corruptam putridamq; et multi ipliciter
mortuam essentiam hominis rursus uiuiscat.

XX. Ieremiæ 17. & 18. Agitur (ut etiam antagonistæ conseruentur)
ex professo de Origin: peccato. Ibi igitur postquam Deus descripsit mul-
tis pessimam cordis humani naturam, tandem proponit picturam uasis
testacei, quod primum figulus formabat, quodq; ei in manibus corrumpe-
batur: Ita ut rursus necesse haberet totum refingere in formam nouam
optimamq;. Id igitur exponit Deus de genere humano, quod semel post
primam formationem corruptum destruclumq; rursus reformat. Quem
locum doctrinamq; pulchre Prosper expressit, inquiens: Vnus ille Deus
qui fecit, reficit, Vasq; nouum ex fracto fingit uirtute creandi. Eodem
modo & Epiphanius hunc locum Prophetæ exponit, Tomo primo, lib. 2.
Contra hæreses. At nunc contra quidam canunt: Vnus Deus uas contam-
nat abluit uirtute lauandi.

Sic etiam sèpè alias comparat se Deus figulo & nos luto in nobis
conuertendis regenerandisq;, ac in nouos homines formandis & refingen-
dis. Congruit item cum hoc, quod Gen. 8. ipsum cordis humani figmen-
tum aut figulina massa (nam id uocis ibi est) dicitur esse pessima, ut for-
tè hoc typo Deus ad illam descriptionem original: peccati cordisq; respe-
xerit, & necessitatem refingendi illius hominis declarauerit testatusq;
sit, sicut & Psalmus dicit, Tu D. Deus nostri figmentum nostrum.

XXI. Ibidem & alibi proponitur natura hominis consideranda, in
similitudine aut exemplo scripti. Dicit enim peccatum esse inscriptum,
& penitus insculptum stylo ferreo & ungue adamantina in tabulis cordis
humani. In omni scripto solent esse duo, primum quidem ignobilior pars,
aut quasi materia, nempe tabula, membrana, carta aut quidpiam simile,
& porrò illa nobilior pars, quæ ceu formæ naturam obtinet, nempe ipsa
inscripta sententia aut doctrina. Iam Deus initio ita fabricauerat ta-
bulas cordis aut mentis nostræ, ut in ijs esset non tantum illa ignobilior
pars

parte

part, aut ceu materia, sed etiam illa præciosior, nempe intellectus sua innata ui natura; ac sine omni doctrina, intelligens omne uerum, & distinguens à falso, & uoluntas uolens bonum & fugiens malum, una cum alijs uiribus promptissimè seruientibus hisce summis. Illam diuinam inscriptionem initio factam, quæ propriè fuit imago Dei iustitia; Original: & quæ dedit homini illud nobilissimum esse, ut filius Dei uocaretur, describit Paulus, Rom. 2. & uocat id cùm legem, tūm etiam opus legis inscriptum cordi hominis, qua homo sua sponte nulla externa lege aut doctrina coactus suum officium fecerit. Ob quam inscriptionem natura est, aut creationis homo sit sibi met lex & lux Deum agnoscens. De qua diuina scriptura etiam Psal. 40. Christus de se pronunciat inquiens: Lex tua in corde meo.

Illam uero diuinam inscriptionem Satan occidendo & peruerendo ac transformando hominem, planè erasit ac deleuit: ut iam uerè simus tabella quædam ab illo latrone spoliata, nuda rasa; ab omni bono: Et insuper inscripsit suam horrendam legem, urgente peretuò hominem ad omne malum, nempe dum illā summam uim potentiamq; aut regimam rationem ex optima natura planè in contrariam naturam inuertit & transformauit. De ista nefaria inscriptione hic loquitur Ieremias. Paulus quoque huc respiciens, peccatum uocat LEGEM quandam, propteræ quod sicut omnis Lex, tūm sententiam certam continet, tūm etiam authoritatē, aut uim mandandi, aut cogendi ad obedientiam. Sic & peccatum originale aut imago Diaboli, tūm præscribit astutissime nobis certam quandam prauam sententiam cupiditatum & actualium peccatorum, contra Deum & proximum, omnemq; iustitiam, tūm etiam potentissime urget membra nostra, tanquam sua quædam instrumenta, ad id exequendum.

Hanc prauam Diabolicamq; inscriptionem ac picturam imaginemq; rursus in Regeneratione eradit & delet Deus, nouamq; ac bonam & planè uiuam inscriptionem facit suæ uiuæ ac efficacissimæ legis, nempe mortificans ueterem hominem, & condens creansq; ac formans nouum & nouam creaturam, inq; eo donans bonum intelligere uelle & posse. De hac noua inscriptione agit Deus Ierem. 31. & Apostolus Hebr. 8. ac 10. præterea 2. Cor. 3.

Ista igitur aptissima pictura perspicue docet, tūm quomodo idem in diuidu-

Dividuum Adami in sua ignobiliora parte perpetuo manserit, in illa prima creatione, in mox consecuta destructione, & deniq; in ipsa regeneratione: sed tamen forma illa nobilissimæ partis, nempe mentis, cordis aut spiritus mentis, sit primum ex optimâ natura transformata in istum ueterem Adamum, imaginem Diaboli aut origina: peccatum: & rursus ex eo transformetur in illam primam optimamq; imaginem seu nouum spiritualemq; hominem.

Homo igitur totus est ueluti quoddam diuinum cœlesteq; diploma legis, iustitiae ac sapientiae Dei, seu continens picturā imaginemq; Dei: Pictura uero illa aut doctrina inscripta nobilissima pars eius est. Eam scriptiōnem aut picturam, Satan inuertit in suam tenebrosam picturam, doctrinam & legem. Postremò rursus Deus illam picturam aut diploma, per illam omnipotentem regenerationem, transformat in suum diploma aut scripturam. Vide de ipsis tribus scriptiōnibus cordis, seu de illa prima optimi formatione, secundaq; præmi & tertia bona transformatione, in libro Nosce, pag. 81. Demonstr. 85. & Confes. 169.

XXII. Hunc eundem typum doctrinamq; Deus etiam luculenter expressit, in tabularum legis sapientiaeq; suæ prima fabrica, tota manu Dei confecta & conscripta: inq; earundem fractione: & denique in ipsarum reparatione. Primum enim Deus ipse illas tabulas sua manu sculpsit, & etiam conscribit, dans & ignobiliorem illam partem, tabulas & nobiliorem ac ceu formam, ipsam inscriptam doctrinam: sicut sua manus totum hominem effigiauerat. Deinde Moses ostendit illas diuinæ tabulas per peccatum esse fractas. Postremò rursus Deus, per mediatorem placatus, accipit tabulas ab homine præparatas, nempe ab hominibus genitos, seu filios hominum, eisq; suo dígito, qui est Spiritus S. suam legem per regenerationem inscritbit. Multum autem primæ illæ tabulæ laudantur capite 32. Exodi, quod totæ fuerint undiquaque manu Dei conscriptæ, præ secundis, quarum postea tam gloriosa mentio non fit. Causa forte est, quia in hac uita non ita plenè in Dei imaginem reædificamur, sicut initio conditi fuimus. Fortè hinc Ieremias, David & Paulus suum typum aut similitudinem sunt mutuati

XXIII. Illustrè omnino tantæ doctrinæ exemplum & simul longe aptissimum proposuit Deus, in medio quasi sæculorum durationisq; totius Mundi, dum Nabuchodonosorem regem regum, & quasi omnium ter-

C rarum

rarum regnumq; Monarcham, superbientem, & quasi Deo sese aequali-
tem, ita in anima & corpore fortunisq; puniuit, ut cum planè in trutum
quoddam in utraq; parte redigeret. Sicut enim clare prædictur ei à Da-
niele, quod auferetur ipsi cor hominis, & dabitur illi cor bruti, & quod
uita conuersatioq; eius erit cum bestijs syluae, ita mox ipsa experientia
comprobatum esse legitur capite Daniel. 4. & 5. Rursus uero etiam ei-
dem humanum cor intelligentiaq; & corpus restituitur, imò etiam tan-
dem ad ueram spiritualemq; uitam & imaginem Dei regeneratur.

In illo igitur tam illustri tamq; conspicuo & apto exemplo uoluit
Deus indicare, tum iudicium severitatemq; suam contra genus huma-
num affectam diuinitatem mox initio, cùm ei esset datum regnum mun-
di, docendo, quomodo cum homo initio, iuxta Psalmum in tanto honore
esset, nec intelligeret aut intelligenter ageret, factus sit iumentis similis:
Et rursus, quomodo per filium Dei in pristinam illam optimam formam
imaginis Dei regnumq; spirituale totius mundi reuocetur, ut iam rursus
ex gratia, sit Dei immigo, filiusq; & haeres mundi cœliq;.

Illa igitur essentialis mutatio Nabuchodonosoris, passim ex optima
forma in pessimam, & rursus ex pessimam in illam priorem optimam, ac de-
nique in illam spiritualem longè præstantissimam, depinxit expressitq;
tum primum illum optimum statu formamq; regnantis ac florentis Adami,
tum illum secundum transformati destruciōq; ac nudi, & cum brutis
latitantis in arbustis, tum denique etiam illum rursus regenerati, resi-
tuti ac in gratiam Dei regnumq; reuocati, & tandem uerè super totum
mundum regnaturi.

XXIIII. Proposuit filius Dei multas illustres picturas istius horren-
dæ mortis aut destructionis, quarum tantum octo commemorabo. Prima
sit, quod Matth. 6. & Luc. 11. nos docet & iubet ex externi oculi con-
templatione & conditione cognoscere naturam interni. Nam sicut fo-
ris totum corpus animalis regitur externo oculo, quod ei monstrat discer-
niq; obiecta utilia & noxia: Ita etiam internus homo animam rationa-
lem habet, mentem seu intellectum intelligentem uera ac bona, & uolun-
tatem eligentem ac expetentem bona: Quorum duorum oculorum ductus
ac nutu ipse totus regitur.

Sicut item si externus oculus cæcetur, totum corpus cæcum est, nec
posse regere amplius rectè utiliterq; mouere potest: Sic etiam si interrus-
tus ille oculus

Viae oculus excæctetur, totus homo sine ratione et temere agitatur.

Porro etiam multò peius habiturum est corpus, seu externus iste homo, si non tantum amittat uerum uisum, sed etiam penitus contrarium nanciscatur, ut pro plano præcipitia, & pro tuto loco ignem, aut aquas, pro pane in os inferendo cultrum, aut aliud aliquid perniciosum letiferumq; ei oculus suus, prorsus in contrariam naturam conuersus, demonstraret & aggrediendum exhibeat.

Sic quoque omnino internum hominem, uel etiam totum hominem, extremè perditum esse docet Christus, quandoquidem ille internus oculus Mens non solum priuatus est uera luce aut intellectu, cognoscente Deum, sed etiā planè contrarias horrendas tenebras concepit, seu extre= mè peruersum uisum nactus est, habens Deum pro stultitia hosteq; suo, & ueram doctrinam pro errore, & contra Diabolum idola & idolatrias erroresq; ac hæreses pro uero Deo, ueroq; cultu.

Hoc enim modo uerè id euenit, ut cæcus cæcum lumen sequens, simul cum ipso in eternum barathrum exitiumq; corruat.

Hæc sanè est conspicua pictura nostri illius interni prorsus inuersi hominis, oculi ac ducis, qui uerè nos perpetuò suo peruersissimo & diabolissimo uisu in summos errores ac furores summaq; mala inducit per trahitq; iuxta illud Apostoli: *Sensus carnis est inimicitia contra Deum & mors est.*

XXV. Secunda pictura est, quod Christus ueniens in hunc mundum ad redimendum simul et uiuificandum resuscitandumq; genus humanum, quo homines, tūm de ipsorum multiplici morte, tūm etiam de sua uiuificatione ac resuscitatione clarissimis exemplis in extero homine docebat, proposuit omnibus spectandos homines cæcos, surdos, mutos, claudos, aridos, mutilos, & etiam insanos, atque adeò etiam planè mortuos, quò doceret, sic totum genus humanum in interno illo homine mutilatum excoecatumque & planè foeditissime perniciosissimeque destructum esse. Rursus etiam eosdem sanando, instruendo ac uiuificando, & deniq; etiam resuscitando declarauit, se si quoq; internum ipsorum hominem, nempe animam, planè destrutissimam reædificare, uiuificare & resuscitare: ino etiam se in extrema die sic totum hominem planè regeneratum, & gloriissima quadam forma essentiaque, ut instar solis ac stellarum fulgeat, ornaturum, ipsumq; in illam transformaturum esse

C 2 Omnes

Omnès Janè Doctores sic illos externos quasi typos, tūm destructi, tūm & renouati externi hominis, ad interni rūmas, ac reædificationem accommodant. Quim & ipsem̄t̄ filius Dei eundem scopum illorum exemplorum & miraculorum ita explicat & applicat, Ioan. 9. inquietus: In iudiciū ego ueni ut cœci illuminetur, & uidentes cœci fiant ostendem id significatum esse per illam externam illuminationem illius cœci nati, & à se sanati.

XXVI. Tertia est illa similitudo salis: Quia non tantum Doctores, sed & omnes filios Dei aut Christianos, ueram pietatē nouumq; illum hominem ac Spiritum S. amittentes, confert Christus cum sale infatuato, ubi manet quidē adhuc quasi quædam uilior materia, aut (ut ita dicam) cadauer salis, sed ipsaintima optimaq; eius natura, uis ac uita aut bonitas efficaciaq; genuina plane deperiit. Sic enim etiā Adamus utcunq; remanet idem indiuiduum numero: Sed omnis illa spiritualis uis ac uita, & facultas obeundi suum munus erga sua præcipua obiecta, Deum, suumq; ultimum finē, et summum bonum omneq; officū ei deperiit. Imò ēt in contrariam naturā, uim ac uitā prorsus est inuersus, ut si sal non tamē non haberet amplius uim saliendi ac siccandi: Sed etiam insuper noctus esset uim infatuandi aut insipiendo efficiendi alimentum, & putrefaciendi res quibus condiendi & conseruandi eam admiseretur. Huc pertinet illa erudita disputatio Arist: quod cùm aliquid amisit suam præcipuam uim ac facultatē præstandi suum munus, non amplius idem sit. Vide in claue 2. pag. 491.

XXVII. Viatorem illum ita à Latronibus, tūm spoliatum, tūm & sauciatum, ut semimortuus iacuerit, cui nec Leuita, nec Sacerdos operi tulerit, sed tantum optimus ille Samaritanus, Luc. 10. Omnes Theologi sentiunt à Christo propositum esse, pro quadam apta pictura originalis istius ruinæ hominis. Inde igitur etiam priores Doctores sumpserunt illam suam sententiam, Homo est à latrone Satana spoliatus gratuitis, et sauciatus in naturalibus. Est uero homo spoliatus hisce potissimum gratuitis donis, Gratia aut fauore paterno Dei, dono Spiritus S. regimine præsentiaq; & perpetua defensione Dei, Fruitione conspectus ipsius & aeterna felicitate.

Porrò non tantum est sauciatus in naturalibus: Sed etiam maxima ex parte spoliatur, uel patitur in contrarium mutatus. Nam sicut ille

uiator

niator letiferis vulneribus affectus, ferme totum sanguinem uitalesq; spissatus, et calorem amiserat, iacebatque ibi tanquam iam semicadaver. Proximus certè morti & principium iam tam instantis mortis corporalis in se habens, pro eo quod paulò ante a uegetus robustusq; per montes & vales recesserat: Idoneusque fuerat ad quosvis labores & officia benevolentis hominis. Sic etiam homo in suis insimis uiribus ignobiliora q; parte uix adhuc utcunq; palpitat, factus planè exanguis & semicadaver, sed in superioribus uiribus habens totum sensum carnis, aut mentem Deo aduersissimam, & sibimet extremè mortiferam perniciosaq;. Et tamen adhuc idem individuum est, quantumuis in supremis uiribus aut partibus planè in contrariū conuersus, proq; Deo conformi ac simili, & ad omnē officium erga ipsum, suamquè salutem idoneo, factus sit Deo inconformissimus & aduersissimus, & uerè in carnalibus quidem semimortuus, in spiritualibus uero plane mortuus, ut disputatio initio Canicularium habita testatur. Quare neque ipse semet, neque quisquam alius eum potest uiuificare, præter solum illum omnipotentem Samaritanum, aut custodem Israelem Iesum Christum.

XXVIII. Christus & Apostoli, ac etiam uetus Testamentum, sèpè comparant singulos pios cum templo & tabernaculo Dei, atque adeò cum toto cœtu aut ciuitate Ierosolyma, quod in ipsis omnibus dicitur Deus habitare, præsertim autem in piorum cordibus: Contra uerò in impijs & eorū cœtibus ac urbibus dicitur habitare Cacodæmon, & omnes tetræ, immundæ ac immanes uenient & quæ feræ, ululæ, dracones & similes. Sic sèpè in ueteri testamento prædictur ruina Babylonis, Silo Hierosolymæ & templi, et quod erunt inhabitatio omnium Cacodæmonum, satyrorum & immundorum animalium:

Eodem modo etiam in novo testamento monemur, ut sanctificemus corpora nostra, et non destruamus templum Dei, quod sumus nos ipsi. Sic quoq; dicimur esse membra Christi, in quo tota plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, et monemur, ne faciamus membra nostra, scorti membra. Docemur item, quod ibi conuertimur ad Christum, siamus templa Dei, electo immundo spiritu, & quod rursus in relapsos redeant septē Cacodæmones deteriores prioribus. Sic quoque Christus suum corpus templum Dei destruendum, & post triduum reædificandum nominat, cum Iudæi computarent loqui de templo externo: Deniq; grauissimè pronunciat

C 33 idem

idem Dominus, templum Dei esse debere domum præcationis, quam tandem Sacerdotes Iudei ita muerterint & transformauerint, ut sit facta spelunca latronum. Vbi quidem ille multò magis quæritur de populi robus & singulorum fidelium destructione, transformatione & deformatione, qui sunt uerum & spirituale templum Dei, quam de illius extera ni templi muerzione.

Quare sicut Deus per templum ac Ierosolymam tabernaculumque singulos suos fideles, & contra per Babylonem, Antichristum & alios omnes impios significauit: Ita & per ipsorum destructionem & inhabitationem in ipsis omnium immundarum feratur, Item per muerzionem ac euersionem Hierosolymæ, olim ciuitatis fidelis in meretricem, & principes ac populum Sodome, & per externi templi transformationem ex domo præcationis in speluncam latronum, depingit istam horrendam ruinam hominis, qui uerè essentialiterque est destructus, & ex ciuitate, tabernaculo ac templo Dei factus est spelunca immanissimorum latronum, & habitaculum omnium immundarum bestiarum infernali que draconum: Vnde ille infernalis uetusq; serpens aut draco, & plane fortis armatus, in sua imagine aut spelunca ueteri Adamo regnans, horrenda latrocinia assidue contra Deum & omnem pietatem ipsamque rerum naturam exercet, fœdissime atrocissimeq; grassando & furendo.

XXVIII. Sexta similitudo est in Sacramento Baptismi, quod (teste Paulo, Roma. 6. & communi nostrarum Ecclesiarum baptizandi formula) significat, tūm plane submergi, mori ac perire debere ueterem nostrum pessimum & corruptissimum hominem, & ut est in præcatione publica, quicquid ei ab Adamo innatum est, tūm etiam debere ex spiritu & aqua nouum emergere. Quod idem etiam sepultura & resurrectio Christi capit is nostri nos admonet, Ro. 6. Col. 3. Cu n quo spiritualiter tūm morimur ac sepelimur, tūm & rursus in nouū hominē resuscitamur!

Vnde etiam Baptismus dicitur Lauacrum renouationis ac regenerationis, seu nouae natuitatis. Et ipse Christus hanc Baptismi significacionem simul et efficaciam asserit docens Ioan. 3. Omnes seruandos omnino debere ex aqua & spiritu ita renasci, ut ex ueteri carnaliq; homine in nouum spiritualemque regeneretur & transformetur. Docet ergo Apostolus Baptismum nos admonere, quod per mortem Christi nos quoque moriamur, & per resurrectionem eiusdem resurgamus, dum Deus in gente

genti potentia ac bonitate sua nos per Spiritum S. regenerat et transformat ex pessima natura in optimam, ex ueteri corruptissimoque ac Satanae conformi homine in nouum. Ita et manet idem individuum: Et tamen pessima forma interni illius hominis, seu spiritus mentis immutatur, non tantum quædam prava eius accidentia eluuntur seu alterantur.

Atq; ista mystica pictura Baptismi, tum ueteris pessimi illius Adami submersionem, tum et noui emersionem aut nativitatem, iam olim (ut suprà in decima pictura dictum est) in diluuij et rubri maris interitus imperiorum, euasioneq; noui populi Dei, et in tot illis lotionibus ueteris testamenti significata ac prefigurata fuit, ut omnibus seculis de eadem doctrina Orig: peccati et regenerationis fideles à Deo erudirentur et admonerentur.

XXX. Septima Christi pictura typusque est sacra coena: Nam sicut naturalis iste homo, extrema fame sitiq; exhaustus, paulatim uehementer debilitari et ueluti emori incipit: Et econtra cibo panis carniumq; et potu uini rursus exhausta membra, et deperdita etiam essentia carnium, sanguinis et spirituum restituuntur, redintegrantur, uiuificantur, et tanquam ex morte reuocantur: Sic etiam internus noster homo uerè omni bono uitaq; exhaustus et priuatus ac spoliatus per illā tristissimam ruinam mortemq; rursus sacra illa coena panis et corporis, uiniq; et sanguinis Domini, et totius meriti beneficiorumque Christi applicatione, si uera fides simul accedat, reficitur et uiuificantur ac resuscitantur. Hoc mysterium Christus ipse Iohan. 6. et 7. ac alias unâ cum Prophetis illustrat, dum omnes esurientes et fitientes, laborantes et oneratos, ad suum conuiuum, cœlestemque et uerè uiuificum panem gratuitò fruendum edendumque toties tamque benigne et inslanter, passim in Evangelij, inuitat et blandissime allicit.

XXXI. Omnium uero clarissime potentissimeque ipsa totius hominis Mors, aut plena destruclio, eiusdemque uicissim à diuina misericordia et omnipotentia proueniens gloria Resuscitatio, tum depingit, tum et potentissime protestatur, totum istum presentem hominem adeo esse foedū, Deoque et legi eius aduersum et abominabilem, uerissimumque peccatum, ut omnino mori et aboleri eum seuerissimo creatoris iudicio, ac iustitia id flagitante, oporteat, tanquam rem extremè Deo execram et detestabilem et plane insanabilem, quod non ad regnum cœlorum, sed ad infer-

infernū pertineat: Illum uero perpetuo gloriōse uicturum nouum hominem, ex sola Dei gratia oriri, tanquam nouam creaturam, rursus ex elementis, in que per mortem resoluimur post liminio formatam: Profecto nisi adeo totus homo ex optima illa prima forma, natura ac uita esset inuersus, et prae certum nisi ille nobilissimus eius spiritus uitae, esset factus spiritus mortis, non necesse esset istud initio pulcherrime formatum opus Dei, istumque eius uicarium et uiuam imaginem tam horribiliter tamquam fœde adeo prorsus destrui.

Quare ista horrenda mors ac destructio istius tam gloriose ac preciosae fabricae Dei, tanta que initio prouidentia et deliberatione condita, et iste tam tristis, tamque subitus et fœdissimus interitus istius coloni, aut etiam filij Dei, tanto studio consilioque in tam præclarissima forma effigiati ac destinati ordinatiq; ad æternam uitam cultumque creatoris, et ad dominium regimenq; ac fruitionem totius mundi, profecto longè euidentissime testatur et protestatur, et quasi clara uoce clamat, istam Naturam in sua essentia esse ab alio quodam pessimō artifice hosteq; sui architecti fœdissime inuersam: et iam non amplius esse Dei triticum optimamque arborem aut nobilissimam uitem: Sed ipsiusmet Diaboli summi hostis Dei zizania et plantationem, extremè Deo abominabilem, execrabilem ac detestabilem, tanquam uerissimum et Deo odiosissimum peccatum.

Epiphanius copiosè istam primam hominis formationem, destructionem et nouam formationem, conferendo Deum ac hominem, cum præstantissimo architecto suam aliquam pulcherrimam statuam, à suo aliquo hoste destructam mutilatamque sibiq; iam propterea exosam, rursus connante, et denuò in optimam formam transformante, exponit ac illustrat, lib. 2. Tomo 1.

Hactenus 31. typos aut picturas brevissimè enumeravi et exposui, quibus spiritus uoluit humano generi istam horrendam ruinam simul et instauracionem aut uiuificationem resuscitationemque regenerationis depingere, cum multò plures paßim in sacris literis habeantur. Nunc confirmata ac illustrata ueritate, aliquid etiam de contrarijs

Sophismatibus, et uerè Diabolici spe-

ctris imposturisq; dicamus.

CONF

CONFUTATIO SPECTRO- rum Pelagianorum.

In libello titulo Spectra cum aliis innumeræ calumniæ sunt, tūm illa mox initio, quod simpliciter asseram, peccatum Orig. esse substantiam, nulla addita circumscriptione prædicati, de qua parte substantiae aut quatenus considerata id affirmē: de qua tota calumnia initio præcedet scriptum dixi.

Affingit mibi iste aliquot diuersas propositiones mei principalis scopi aut sententiae, in suo germanico scripto, initio tern. M. (Sicut & Osiander olim calumniabatur, obijcens nobis primum 7. deinde 14. postremo 21. iustitias, quibus diceremus peccatorem iustificari) quas istius corruptelas pro meis nequaquam agnosco. Mutilat enim semper prædicatum, amotis meis circumscriptionibus, quas crebro adiungo. Vide meam latīnam Conf. pag. 577. & seq. ubi istas atroces calumnias retudi.

Est uero & illa impudentissima Sycophantia, quod cum in quibusdam meis scriptis habeatur hic titulus, De essentia Orig: peccati, ibi essentia idem ualeat quod substantia, seu quod ibi dicam, peccatum esse substantiam. Sensus enim tituli hic tantum est. Quānam sit essentia peccati, num accidentaria aut substantialis. Sciunt enim omnes docti, et ipsemet Augustinus in suo isto germanico scripto monet, sēpē essentiam etiam accidentibus quibus uis, et etiam ipsis actionibus et passionibus tribui. Sicut & Augustinus integrum librum scripsit hoc titulo, De essentia Charitatis. Num propterea mox affirmauit charitatem esse substantiam?

Dicit iste tūm in hoc latino scripto, tūm & in germanico, me debuisse dicere, peccatum Orig: esse corruptam essentiam, quia non idem fit pomum & corruptum pomum. Respondeo plusquam centies aut fermē millies id in meis scriptis additur, quod loquar & agam de ista præsentī corruptissima essentia aut natura hominis. Quoties tandem dico, peccatum Orig. est essentia aut anima rationalis uel etiam forma essentialis, in suo summo gradu, quatenus est iam tota transformata, &c. Cur ergo tam impudenter calumnias insonti homini: & ueritati struit?

Benē nihilominus habet, quod iam pudet istum patrem monstrorum & spectrorum iterare illud suum primum fundamentum, Unde tam multa monstra genuerat, quod simpliciter indefinitaque dicam, peccatum esse substantiam, nō addita circumscriptione subiecti, de quo peccato loquar.

D Cui

Vocabulum
et termini sive
accidentes. 6. 3. 3. 1

Cuius uanitatis eum iam antea ex eius proprio ore seu ex ipsis Catechis-
tico Bericht redargui.

Vociferantur audacissime, Manichæus, Manichæus, crucifige. At ego
contra toties cum aliunde, tūm & ex ipsorum proprijs scriptis liquidō
ostendi, non modō meam sententiam esse alienissimam à Manichæismo,
sed etiam contra ipsorum esse planē Manichæam. Vide libr. Nosce pag.
205. & Demonstr. pag. 118. Item Defens. pag. 85. & Seq. & proximam
Confes. pag. 124. & seq. Imò ēt in fine illius primum editi tractatus pag.
492. Cur igitur ad illas meas solidissimas probationes nihil respondent:
Sed tantum instar furentium sua maledicta & crucifige repetunt?

In istorum suorum Spectrorum segmentis Pelagianus iste debuisset
citare loca, & uerba mei textus, ut appareret, quam sincerè ea inde ge-
nuiisset. Sed hoc Sophisticæ non prodest.

Debuisset etiam isti in tot suis scriptis liquidō monstrare ac demon-
strarre discriminem sui separabilis accidentis & semimortis, aut languoris
morbiuē, à Strigeliano ac Pelagiano Synergisticoq;, sed quomodo pos-
sunt, cūm ad eos defecerint, imò etiā peius Synergistis sentiant: Nam illi
clarè negant, orig: peccatum esse separabile accidens. Et isti, si dijs pla-
cet, retinebunt doctrinam Lutheri contra illos.

In primo suo Spectro oppugnat magno sudore illam sententiam, Fons
omnium peccatorū actualium in homine est uetus Adam. At contra Hes-
busius hanc ipsam sententiam uehementissimè probat & confirmat in A-
nalyti, in tribus solutionibus 9. 19. et 20. Vti uerissimam: Nisi quod ille
pro ueteri Adamo ponit expreßè substantiam, quæ uox etiā clarius me-
am sententiam exprimit.

Ibidem illi etiam in eo grauiſſimo capit. dissentunt, quod Hesbusius
quidem (ut satis in mea Confessione ostendi) uult origin. peccatum esse
tantum causam instrumentalem actualiū peccatorum, essentiam autem
hominis, cor et mentē esse illam primariā agentē ac efficientem. Contra
hic uult istud suum accidens orig. peccatum esse primariam causam ori-
ginemq; omnium actualiū peccatorum. Ita planē incerti uacillant, quam-
nam causam actualium dicant esse orig. peccatum, Ut in refut. Epistolæ
Hesbusij liquidō ostendi. Refutant ergo se se inuicem isti duo Sodales in
re omnium grauiſſime, quod ignorant quamnam efficacitatem, aut ope-
rositatem orig. peccato adscribant, qua ignorata etiam pugna aut defen-
ſa ei opponenda ignorabitur.

Dicitur

Dicit iste fuisse addendum, Quicquid est fons, ut maior sit uniuersalis. Respondeo, Ego tantum unum fontem aut thesaurum omnis mali à Christo monstratum noui, nempe ipsum prauum cor aut mentem. Si ille plures nouit, nominet eos: neq; tamen potest. Nam quod dicit de Diabolō, inane sophisma est. Maior enim clarè loquitur de rebus in homine existentibus, & ad eum pertinentibus.

Illud quoque malitiosissimum Sophisma meraq; clusio ueritatis est, quod cum Spiritus S. Veterem hominem pro unicā re ponat & accipi uelit, quæ tota sit mala maleficaq; aut noxia & exuenda, ipse duas res subtilli quadam distinctione aut dissimulatione facere conatur, fingens monstru uerborum, Adamum & uetus statē Adami, ut istis præstigijs uerborum rudibus imponat.

De Minore nugatur, Paulum, cùm dicit peccatum operari in se omnem concupiscentiam, non loqui abstractiuē, quia peccatum extra hominem nihil sit. Quasi uero ego loquar de peccato in abstracto, sicut isti de me falsò fingunt, & non potius considerem hunc pessimū ueterem Adamum, legi Dei non tantum inconformem, sed etiam extremè aduersum.

In secundo suo spectro conatur euertere illam maximi momenti definitionem peccati, ex Apostolo Ioanne cap. 3. sumptam, tanquam de peccato impropiè dicto loquatur: quam tamen omnes hactenus de uero propriq; dicto peccato intellexerunt ac inculcarunt Apol. August. Confes. Vuirtenb. Luther. Philip. Brentius, Bucerius, Chemnitius, Heshusius quoque ipse. & Vuigand. ut in Confessione pluribus eorum testimonij adscriptis ostendi. Etiam ante annum Heshusius in suo Examine lenè edito, eam ut ueram propriamq; aliquoties inculcauit.

Quare uel hinc violentissima istorum innouatio ac euersio doctrinæ nostrarum Ecclesiarum liquidò cognoscatur palpeturq;. Quomodo autem obsecro per legem erit cognitio peccati, si non omne id, quod est legi Dei inconforme, est peccatum? Sic tota lex, eiusquè principalis usus, & uera peccati ratio, planè tolletur ex obliterabitur ex Ecclesia. Sic isti nostrarum Ecclesiarum propriamq; doctrinam uertunt. Non n. possunt negare, se antea iahac ratione uerum peccatum in genere toto definiisse. Dignissimi ergò sunt illa graui obiurgatione suorum sodalium Syngistarum, quam titulo mee Confes. subieci.

D 2 Sic ergo

Sic & in Minore meras præstigias uerborum effundit. Dicit enim corporis & animæ creatio & coniunctio in persona hominis nō est DIF-formitas legis. Quid sibi ista portenta locutionum uolunt? Non agitur iam de Dei creatione hominis, neque de nescio qua difformitate in abstrato:

Loquimur de hac præsentí natura hominis corruptissima, quæ est tum à patre Deo, ratione illius primæ optimæq; propagationis, & etiam præsentis conseruationis: tūm etiam ex patre Diabolo, ratione illius horrendæ destructionis aut trucidationis, mox creationem consecutæ. Item ratione conformitatis Satanae, inhabitationis, prauæ gubernationis & famulatus, quo illi seruit.

Est tamen ista tota peruersissima natura aut cadavere, à duobus diuersissimis authoribus ueniens, iam tantum una quedam res spiritui S., non duæ, sicut isti semper malitiosè ad distractionē unius rei distinguentes inter malam arborem, & eius malitiam, inter sterilem sicum & eius sterilitatem, inter corruptum hominem et eius corruptionem in duas confugiunt, imposturæ gratia, extremè aduersa, quæ quidem natura simpli- citer tota est inconformis Deo & eius legi, sicut id in confessione, tūm ex alijs libris, tūm etiam ex ipsorum proprijs scriptis euidenter probauit.

Appello omnium intelligentiæ conscientias, an non ista fuerit omnium nostrarum Ecclesiârum receptissima doctrina. Dicit Sophista Pelagianus, Nō tota hæc hominis substantia est opus Diaboli. Nihil hoc ad rem. Illud dico fuisse hactenus receptissimum, & esse scripturæ probatissimum, hanc hominis essentiâ esse legi Dei planè inconformem. Canimus publicè coram uiuente Deo, Der Mensch liegt ganz todt / Herz / Mut vnd Sinn ist alles dahin / verderbt sampt allen seinen Kressen.

Istud igitur horrendum Deoquæ aduersum cadauer est prorsus legi Dei inconforme & uerissimum peccatum. Sicut etiam ipsimet ambo id in suis recentibus scriptis inculcarunt, citantes inter alia illud dictū: Tibi tantum sum peccatum, & Ante tuos oculos nil nisi culpa sumus. Et Homo est non tantū peccator, sed & uerum peccatum. Für deinen Aus- gen sind wir Sünd vnd schuld / quod certè de uero peccato dicitur. Hesh. in concione 4, de iustifi.

Obserua quod hic negat substantiam ipsam esse inconformem legi Dei, sicuti ex Analysis 8, & infra in sexto spectro affirmat, etiā pugnare cum lea-

cum lege & spiritu S. Deus disertissime testatur ipsam essentiam istius nostrae arboris degenerasse inuersamq; esse, sicut et ipse in lib. de Homine scripsit, ut clare initio precedentis scripti audiuimus. Nunc contrarium contendunt, Deo ipsi contradicentes. An autem hoc non est idem, quod Sorbonistarum, Naturalia esse integra.

Quod uero dolet se proprijs scriptis constringi, & reuocat suam propriam definitionem, ex sacris literis, in suo reuiso corpore Apostolicæ doctrinæ, fusissimè positam simul & explicatam ac confirmatam, peccatum Orig. est ipsamet NATURA corrupta, nihil aliud apud omnes intelligentes efficit, quam ut tanto liquidius animaduertant, eum à sua propria, Luth. & etiam nostrarum Ecclesiarum doctrina deficere, ut modo est auditum. Verum si uult istud suum præsens Pelagianum dogma constabilire, oportet certè eum etiam alia sua scripta reuocare, præser tim librum de Homine, quod omnes intelligentes testantur.

Iud quidem est memorabile, ad demonstrandam extremam inconformitatē præsentis naturæ cum lege Dei, quod iste inquit in germanico scripto, Es ist nötig / das man die Erbsünde erkenne / auf das wir durch den H. Geist der verderbten und vertierten bösen Natur / lernen desto empfigner widerstehn. Sic mox in sexto argumento inquit: Evidenter uerum est, substantiam hominis renati, quatenus ea adhuc corrupta est, repugnare spiritui S. et nouo homini. Potest ne talis Natura non esse inconformis legi Dei, aut non uerissimum peccatum?

In tertio suo spectro argumentum meum exagitat suis prodigiis spectris, quod ita habet. Quicquid filius Dei destruit (subintellige in homine regenerando, nam de eo ibi Ioannes agit) est peccatum, 1. Ioa. 3. Sed filius Dei uenit, ut destruat hoc corpus peccati, mortificet carnem, excidat cor lapideum, exuat, crucifigat & sepeliat ueterem Adamum, Ro. 6.7. Igitur caro, corpus peccati, Cor lapideum, uetus Adam, & similiter sunt uerum peccatum:

Dicit iste esse scopas dissolutas. Negat igitur consequentiam, neque tamen falsitatem connexionis demonstrare potest: Sed mox sibi met contradicens incipit negare præmissas. Si enim non est bona consequentia, cur non monstrat? Quia non potest.

Dicit in maiore, peccatum non in sua uera significatione accipi, tamquam mox secum pugnans, citat eundem Ioan. locum ita: Ideo apparuit

D^o 3, filius

filius Dei, ut destruat opera Diaboli. paulo ante dicitur: Ille apparuit
aut peccata tolleret. En ipsem fese redarguit confitens, quod ibi Apo-
stolus de uero peccato, à Christo tollendo & destruendo per Christi ad-
uentum agat. Sic oportet Strigelianos accidentarios semet redarguere.

Dicit ille, filius Dei etiam regna destruit. Respondeo, agitur illic ab
Apostolo, & etiam à me de destructione mali, ex ipsomet homine regene-
rando tollendi, quod ille clare uocat peccatum, idq; in propriissima signi-
ficatione accipit, ut contextus euidentissime testatur.

Negat ille imperia esse peccatum. Nihil id ad me, et tamen ideo u-
rè possunt dici peccatum, quia plerunq; totum eorū regimen est legi Dei
inconforme, sicut Paulus prauas leges uocat peccata. Imò plerunq; totus
ille Danielis gigas, imperia significans, fermè prorsus est Deo & Christo
ipsius inconformis, Psal. 2. & ideo uerè potest dici peccatum et abomina-
tio Dei.

Quam uero inepitus & violentus est, cum uult me totum Syllog: aut
demonstrationem tantum ex uno loco scripturæ desumere, idquè tantum
scripturæ uerbis recitare? quasi non debeamus diuersa scripturæ loca, in
extruenda aliqua doctrina, coniungere, aut quasi scriptura Dialecticos
terminos seletur.

Quartum spectrum sibi fingit iste pater monstrorum & spectrorum
hoc modo: Quicquid hominē facit iniustum & reum iræ Dei, id est sub-
stantia. Respondeo, est impudentissimum figmentum, quod unquam id
scripserim, dixerim, aut etiam somniauerim, qualia plurima in confessio-
nibus redargui. Recipiat ergo sibi suum fœtū in suum guttur et uterum,
sicut illud alterum, quod peccatum in definite loquendo sit substantia, de-
uorare coactus est, unde tam multa monstra genuerat.

Quintum argumentum sic mutilat. Quicquid Lex prohibet, est in-
iustitia aut peccatum. Lex uero uelat hanc pessimam essentiam (ego ad-
dideram huius degeneris arboris,) Ergo ista ipsa pessima essentia corrup-
tissimi Adami, aut degeneris arboris est illa primaria iniustitia, aut pec-
catum Origin.

Dicit iste minorē debuisse esse, Lex prohibet essentiam. Quo quæso
iure talis esse debuisse? per quam regulam Dialecticam? Ego cum scri-
ptura Christoq; & Prophetis locutus sum, qui exigunt uehementissime
optimam essentiam arboris hominis, ut primum in Paradiſo fuit manu
Dei

Dei plantata, & probibent peccatum essentiam, ut est nunc planè degener facta, & in peccatum transformata.

Agit magnam Tragoëdiam, non sequi ex præcedentibus. Ergò pessima essentia est peccatum Originis: sed tantum, Ergò pessima essentia est peccatum. Respondeo imò sequitur, quia minor manifestè agit de Originali peccato, non de actuali: nam essentia non potest esse peccatum actuale. Verum sequatur sane illa, quā ipse uult, inquiens: Eiusmodi autē conclusio ex præmissis conficitur. Ergò pessima essentia est iniustitia seu peccatum. Si hæc conclusio uerè ex præmissis sequitur, ut ipsemet concedit, tūm certè & eius conuersio est necessaria, secundum omnes Dialeticos, Ergò quoddam peccatum est pessima essentia, quod peccatum cum nequeat esse actuale, necessariò erit originale.

Quod uero dicit ex Ro. 7. Malum aut peccatum inhabitare in Paulo, Ergò esse quiddam diuersum ab ipso: Respondeo, id peccatum esse ipsummet carnem & ueterē Adamum, sicut satis ex ipso Apostolo, Luthe & August. constat, quem in fine citabimus. Differt autem sane caro non renata à Paulo renato.

Sextum argumentum est hoc: Prauus ille rex, cognoscens legē, Novum hominem ac spiritum, eiq; acerrimè resistens, & contra militans, excitando cupiditates & actualia peccata, est Orig: peccatum, Ro. 7. Vetus Adam, caro concupiscens, cor lapideum est ille prauus rex. Igitur uetus Adam, Caro, Cor, est Orig: peccatum.

Exclamat iste de Maiore, esse sumiam blasphemiam & monstrum, quia peccatum non sit res intelligens, &c. Respondeo, fieri sane potest, Imò & necessariò uerū est, quod id quod tu uocas peccatum, nempe illud tuum brutum & mutum, fugax ac nihil fictitiumquè accidens, non sit res intelligens aut quicquam eorum efficiens, quæ Paulus Rom. 6. 7. peccato tribuit.

At Paulus duobus integris capitibus illum nefarium regem ita despigit, ut intelligentem, potentem & astutè regnante: dicit eum adueniente lege accusantequè tanto magis euigilare, & se se ei opponere: dicit nisi in ueritatem, cupereq; negata, & contra Deum prohibentem excitare omnes cupiditates & peccata actualia, uitaquè, quorum plurimæ sunt rationalissima: sicut & tota ista uita culpæ, aut qua potissimum peccamus, fermè est merè rationalis, iuxta illud Christi: Non quæ intrant

in os

im os, inquit, sed quae exent, Ut talia peccata non possint proficiuntur
aut oriri, nisi tantum ab intelligentia natura. Affirmat Apostolus pecca-
tum abuti astutissime omnibus membris nostris ad peccandum, opponere
se acerrime novo homini, militare contra eum, captiuū eum arripere,
et perpetuo affectare dominium supra totum Paulum, et supra ipsum
renatum hominem. Vide meam confessionem, 522.

Hæc omnia prorsus continent in se esse uim intelligentem et potenter
dominantem. Quare Lutherus hisce rationalissimis proprijs et effectis
peccati originis: ei tam copiose tamque potenter attributis, coactus est sta-
tuere et definire, istud à Paulo ibi descriptum peccatum esse ipsummet
cor, ipsam rationem, ipsam naturam, cum omnibus suis præstantissimis
uiribus, esse ipsam naturam ueteris Adami, esse carnem et externū homi-
nem, et denique, Veruunst vnd Sinn vnd alles was an der
Menschen Natur ist.

Quod autem hæc sit uera uis ac energia uerborum Pauli, iste ipse uon-
lens nolens confitetur, dum nec potest, nec audet aliū uerborum textuq;
Paulini sensum, explicando eum monstrare.

Huic igitur Pauline et Lutherane descriptioni istius regis credat
potius studiosus ueritatis, quam istorum Pelagianorum monstros, spectris
et figmentis, de suis commentitijs separabilibus accidentibus et calum-
nijs de nostris Manichæismis.

Inquit iste, substantia hominis renati, quatenus ea corrupta est, repugnat Spiritui S. et in novo homini. Atque supra secundo argumento con-
tendens, substantiam esse conformem legi Dei. Benè est, id ipsum uolo.
Istam ipsam corruptam naturam repugnantem legi, et Deo et novo homi-
ni, hic Paulus euidentissime nomine peccati complectitur, teste Augu-
stino et Luthero: qui si hoc non concedet iste, tūm faciet duas diuersissi-
mas res, pugnantes in Paulo cum novo homine, et duos reges in eo affe-
ctantes dominium contra spiritum, nempe tūm istam modo ab ipso indi-
catam substantiam, tūm et illud suum commentitium accidens, cùm
Paulus tantum de uno rege aut hero, sub quem sit uenditus, pronunciet
queraturq;.

Ait iste, non sequitur. Hoc pugnat cum hominis substantia, Ergo est
res intelligens: quasi uel ego, uel Paulus dicat ibi, peccatum pugnare cum
hominis substantia. Tuum id sophisma est. Nequaquam id dicit, sed (sic ut)
Lutherus

Lutherus Paulū de pugna peccati contra se renatū loquentem exponit)
Caro pugnat cum spiritu: & natura non renata cum renata, seu nouus ho-
mo cum ueteri externoq;.

Vide Christiane lector argumentum & Scholion Lutheri. Sic facil
lime ab istis Peligianus monstris & spectris liberaberis, & fidum ductio-
rem ad ueritatem habebis.

Ait iste Paulum dicere, istam legem acerrimè pugnare cum mente.
Respondet Paulus & Lutherus. Non simpliciter cum mente, sed cum re-
nata mente: addentes, quod ista Lex pugnans cum mente renata, sit
ipse Vetus externusq; homo, & caro pugnans cum renato nouoq; aut inter
no. Vide in Confes. pag. 167. Paulus ibi loquitur de se ut renato: Non igi-
tur mirum, si illum regem & legem peccatum à se distinguat.

In ultimo argumento, quod illa ius, quæ in rationali hominis uita re-
gnat, distinguens obiecta & actiones, efficiensq; affectus & actiones, sit
quædam substantia, Et quod peccatum orig. ista omnia præstet, Primum
Sophisticatur, Minorē debuisse esse. Anima ista omnia agit. Ita ne habet
iste ius præscribendi argumēta suo Antagonist.e, ut ipsi libet? Deinde ite-
rum aliam minorem mihi obtrudit, quod debuisse dicere, peccatū orig.
est natura. Respondeo ob hoc ipsum proposui plures uoces in subiecto Ma-
ioris, ut ostenderem me hīc non propriè contendere, quod peccatum orig.
sit appellandum natura rationaliter regnans. Sed ille eam sententiā aca-
cipit, tanquam si ita dixisse, & inde horrendas tragœdias ciet de Ma-
nichæismo.

Verum audi bone uir, Redi paululum ab isto tuo furore, & conside-
ra mecum attentius in timore Dei, An non ista effecta operationesq; Apo-
stolus disertissimè peccato orig. ibi tribuat. Certè clare dicit, peccatum
genuit in me omnē cupiditatem. Item peccatum patrat in me renato om-
nes prauas actiones, Item, militat contra me iam renatum, conatur re-
gnare in me iam renato, Captiuum me rapit, abutitur membris meis ad
peccandum, etc. Sunt ne bone uir ista mea aut Apostoli disertissima uer-
ba? Sunt ne ista opera ac proprietates bruti alicuius & muti fugacisq; ac
cidentis: An non tota uita, qua peccatur, potissimum rationalis quædam,
non bruta est? Quomodo potest ibi res bruta regnare?

Sed quæso represso isto furore audi et iam Apologiam Augustanam,
quid ipsa intelligentie isti regi, origin. peccato tribuat. Illa enim, citans

E defini-

definitionem Augustini, quod peccatum orig. sit concupiscentia, exponit
quod sit ipsa aëgra natura, quæq; concupiscentia querat non solum uolup-
tates carnales, uerum etiam sapientiam & iustitiam carnalem, & confi-
dat hisce bonis, contēns Deum. Sunt ne hæc opera intelligentis naturæ
Verba eius hæc sunt, Eadem est sententia definitionis, quæ extat apud
Augustinum, qui solet definire peccatum originis concupiscentiam esse.
Significat enim concupiscentiam successisse, amissa iustitia. Nam aëgra
Natura, quia non potest Deum timere et diligere, Deo credere, querit
& amat carnalia: Iudicium Dei, aut secura contemnit, aut odit perter-
refacta. Ita & defectum complectitur Augustinus, & uitiosum habitū,
qui successit. Neque uero concupiscentia tantum corruptio qualitatum
corporis est, sed etiam praua conuersio ad carnalia in superioribus uirib.
Nec uident quid dicant, qui simul tribuunt homini concupiscentiam non
mortificatam à Spiritu S. & dilectionem Dei super omnia. Nos igitur
rectè expressimus utruncq; in descriptione peccati orig: uidelicet, defectus
illos, Non posse Deo credere, non posse Deum timere ac diligere.
Item habere concupiscentiam, quæ carnalia querit, contra uerbū Dei,
Hoc est, querit non solum uoluptates corporis, sed etiam sapientiam &
iustitiam carnalem, & confidit his bonis, contemnens Deum. Neque so-
lum ueteres, sed etiā rectiores, si qui sunt cordatores, docent simul ista
uerè peccatum originis esse, defectus uidelicet quos recensui & concupi-
scentiam.

En Apologia interpretatur prædicatum peccati orig: in Augustino,
quod sit ipsa corrupta natura intelligens, & quidem summas res male
captans. Sic quoq; Augustinus libro de ciuitate Dei, 15. capit. 7. expreße
testatur, Apostolum Rom. 7. ipsam carnem concupiscentem contra spiri-
tum, uocare peccatum.

Ambrosius quidem adeò agnouit, peccatum ab Apostolo, Rom. 6. et 7.
tanquam quandam intelligentem & intelligenter imperantem uim depin-
gi, ut etiam ob id ipsum ibi per peccatum intellexerit Satanam ab eo de-
signari.

Quin etiam Heschius in Analyti 9. agnoscit et confitetur, peccatum
ibi à Paulo pingi, ut uim quandam intelligentem & potenter imperante:
sed fingit esse Prosopopiam, scilicet sicut si quis lopidibus aut ueris
arboribus sué tribuat sermonem, ut Esopus in fabulis. Sic oportet eludi-

cxxxv

miracula uiuentis Dei. Cœterum in ista noua expositione ita hisce uerbis
confitetur, Paulum tribuere intelligentiam peccato orig. inquiens, Pin-
git Paulus peccatum, tanquam sæcum & potentem aliquem tyrannum,
cuius mancipium sit homo à natura, ita ut cogatur ei seruire, & in omni
bus obtemperare. En coguntur confiteri, peccato tribui uim intelligentē,
& imperium rationale: An uero id serio sentiat ac dicat propriè Pau-
lus, sicut ego affirmo & Lutherus, aut uero impropriè per prosopopoeiā,
ut Heshusius uult, alia quæstio est.

Quin etiam ipsemet VVigan. in proximo suo germanico scripto de
Orig. peccato tribuit ei uim intelligentem, & opera intelligentis natu-
ræ hisce uerbis.

Die Erbsünde ist im Menschen nicht ein Fauler vnd Todter
Hund/oder ein mässig/gering vntreffig ding / Sondern sie ist
ein solche wütende vñ tobende Bosheit / die da nicht feyret noch
euhet / Sondern innerlich mit bösen Lüsten vñ Begierden/auss-
wendig mit bösen Geberden/Worten vnd Werken jimmerdar
gescheftig ist/böses stiftet vñ aurichtet/das ist das böse tichten
vnd trachten/von Jugend auff im Menschen/da Gott von rede
im Mose/Gen.6.8. Ja auch in den Newgeborenen/welche den h.
Geist zu einem Regenten haben bekomen / da streittet der Wäs-
tende Vaslat vnd Bosheit on vntersas mit seinen bösen Lüsten
auff unzehliche weise / wider den Geist auch also hart/ das auch
der furtreffliche hoherleuchte Man S. Paulus so ganz kleglich
vnd trawrig darüber klagt/Rom.7. Und spricht/Ich sehe ein an
der Gesetz(das ist die Erbsünd) in meinen Gliedern/das da wi-
der streitet dem Gesetz in meinem Gemüt/vñ nimpt mich gefan-
gen in der Sünden Gesetze/welches ist in meinen Gliedern. Ich
esender Mensch/wer wird mich erlösen vom Leibe dieses Todts
Ich danke Gott durch Jesum Christ unsern Herrn. Aber daruow
hernach .

En audis orig. peccatum esse illam pessimā uim, que in homine non oci-
etur, sed perpetuò sit operosa, tum intus prauis opinionibus, cogitationi-
bus et cupiditatibus, tum et foris prauis gestibus, sermonibus & operibus,
& istas prauas molitiones, & motus esse illa praua figura aut cogita-
tiones, quas Deus tribuit cordi humano, Gene.8. Deniq; affirmat Orig.
peccatū militare contra ipsum iam renatum Paulum, eumq; sèpè capti-

E 2 uare &

①

ware & rapere in peccata actualia. Possunt ne quæso ista rationalissima facta opera, ac effectus ab aliquo bruto & muto accidenti, aut potius ab intelligente & astutissima potentia esse? Atqui (inquit iste) etiam morbi regnant & captiuant hominem. Respondeo, regnant physicè, ut res brutæ. Vbi ædunt morbi opera intelligentis naturæ, qualia Paulus peccato turbuit?

Quare planè insanit iste homo contra seipsum, quod tām rabiosè non meam, sed Pauli sententiā & Christi ipsius de Manichæismo accusat, quod scilicet illi primaria origo omnis actualis mali sit quædam præpotens & intelligens potentia aut facultas in homine, quod & Christus totaq; scriptura testatur. Vide meam Conf. 305. Hac autem Paulina descriptione stante & rectè expensa, necesse est eam intelligi de ipsomet corde, thesauro omnis mali, et ratione, fonte fontium omnium malorum, teste Luthero, & ipsorum propria Analyti alijsq; scriptis.

Quin etiam postea in secunda parte affirmat ex Paulo, peccatum esse potentem dominum hominis, & seducentē ac decipientem eum, quod est etiam intelligentis naturæ. Eodem facit & illa eius descriptio effectuum peccati, quod dicit I. i. Peccatum origina. est ea uis aut potentia in Paulo, quæ eum Plaget/hemmet/klemmet/fenget/vbel anreijet vndreibet/zu allem Bösen/ an non sunt ista opera intelligentis naturæ?

Ipsemet sæpè confitetur in isto ipso suo libro, istum fontem omnium actualium peccatorum esse ipsammet naturam ac animam. Præsertim D. 4. Vbi in descriptione efficaciæ orig. peccati inquit: Welch's anzeigt/ das die Seele/welche im Leibe regiret / über alle massen/ böse/ verkert vnd zum ergsten geneigt ist. Item, quod 3. sensum carnis, exercitentē inimicitias cum Deo, dicit esse ipsum orig. peccatum. Atqui accidens brutum & mutum non potest exercere inimicitias cum Deo, & legi eius subiectionem recusare. An non quæso talis anima est inconformis legi Dei, & ideo; eatenusq; peccatum, & quidem uerissima origo ac fons omnium actualium peccatorum, uitiorum, inclinationum & operum prævarorum, quod ipse supra in secundo Spectro negauit?

Gene. 4. Hortatur Deus Cainū, ut resistat orig. peccato dicens. Appetitus si erit ad te, id est, affectabit perpetuò dominiū supra te. Luth. Las du der Sünde jren Willen nicht/ sondern herrsche über sie. Hanc affectionem regni Paulus copiosè exponit. Tribuit ergo scriptura:

Cura peccato Voluntatem, & quidem ardente uoluntatem aut studium
regnandi supra hominem totum.

Cur autem tu bone uir non accedis ad Pauli tui præceptoris uerba ac
sententias, & non probas, ea non esse sic intelligenda, ut i sonant?

Sed iste manuult prouolare in turbam, & clamare, Manichæus, crucifi-
ge, crucifige, lapidate. Hoc scilicet est, sanctè religioseq; scrutari scrip-
turas, & uera falsaq; argumenta ad earum normam examinare, placide
pieq; ueritatem querendo, & sacrum textū expendendo ac excutiendo.

Vociferatur item, tu facis uel Deum authorem mali, uel Diabolum
creatorem naturarū. Quoties tandem istis furiosis est monstratu, unam
rem posse esse à duobus authoribus. Unica enim est ista arbor (ut nos Spi-
ritus S. pingit) ratione quidem optimæ creationis & propagationis à
Deo, sed ratione istius horrendæ cædis, aut inuersionis destructionisq; à
Diabolo. Et hac ratione uerissimè pronunciat Christus, & tota Scriptu-
ra de homine non renato, quod sit semen serpentis aut genimen uiperæ, &
plantatio filiusq; Diaboli, ac ex patre Diabolo: neq; tamen uel Diabo-
lum facit creatorem, uel Deum authorem mali. Huc facit, quod ipsomet
disertè in uulgari scripto confitetur ac testatur, orig. peccatum esse iu-
stam poenam Dei. Quoties tandem Augustinus de hac ipsa re agens con-
tra Manichæos clamat, ex ipsomet bono fieri malum, & contra. Negat
iste audacter, Lutherum essentialia prædicata subiecto peccato tribue-
re: at contra quis ignorat, eum ita definire peccatum, eiq; tribuere, quod
fit ipsum cor & ratio, cum omnibus suis præstantissimis uiribus, quas sen-
tentias cius meæ confessiunculae titulo subiectas papaliter mandauit iste
Spiræ, uti reuocarem. Hoc est tueri doctrinam Lutheri.

Sic idem uir Dei super Psal. 51. iubet definire peccatum, quod sit
ipsa natura, & hoc totum, quod est natum ex patre & matre. Item, quod
sit hominis natura & anhebendes wesen. Hæc & similia eius dicta to-
ties inculcata, (quæ in Confessionibus copiosius adscripti) negare aut per-
uertere, est profectio planè uesana & furiosa quædam impudentia.

Sed redramus ad selectum istud Christi organum magistrū gentium,
& eius fidum interpretēm Lutherum, ultimum Heliam. Is profecto ue-
rißimè intellexit Apostolum, Quod Rom. 6.7. & 8. dicat, orig. peccatum
esse ipsammet rationem ac cor, cum omnibus suis optimis uiribus, & sicut
est in ipsius scholio, quod illa lex sit Herz/Sinn vnd Natur/& id

E 3 omnino

pmnū etiam Paulus uult, dum peccato illic ea tribuit propria & effea
ta, quæ tantū rationi conueniunt.

Quare Lutherus paſim in suis scriptis clamat, testatur & prote-
tatur, rationem ipsam esse illam atrocissimam & furiosissimam bestiam
inimicamq; irreconciliabilem Dei, & fontē fontium omnium malorum,
quod & Hesbusius in sua Analyſi concedit. Et hoc ipsum est Originale
peccatum.

Tandem rursus struit calumnias Manichæismi clamans, si peccato
tribuitur prædicatum essentiæ, tūm est essentia in essentia, nempe, sicut
prauum uenenum in aureo poculo: item tūm est istius contentæ aut po-
sterioris sententiæ, creator Diabolus, & similia calumniando uocifera-
tur. Verum satis est ei reſponſum in iudicio D. Petri Prem, de eius im-
prio impuroq; libro, etiā pueros ſcire, plures eſſe modos existendi aliquid
in aliquo, & nihil tale inde ſequi. Quare ſciens & uolens texit calum-
nias contra propriam conſcientiam.

Summa, in hiſce duobus poſtremis argumentis planè euertit Pelagia-
nus iſte illam illustrem deſcriptionem iſtiuſ malitiosiſimi regis ac hostis
noſtri Orig. peccati, ſeu ueteris Adami, adeo potenter aſtuteq; in no-
biſ contra Deum ac eius legem & nouum hominem tumultuantis. Quæ
deſcriptione eueraſa, actum planè eſt de toto Orig. peccato, ac etiam ar-
ticulo Iuſtificationis, alijsq; Christi beneficijs, atque adeo de toto Chri-
ſianismo.

Quod ad Auguſtini dicta recens excuſa attinet, reſponſum eſt ſepiuſ
in prioribus ſcriptis: ubi etiam ſolidè monſtrauit, ipſorū ſententiam pla-
nè Manichæum furorē continere. Ad que reſponsa iſti nihil habent, quod
contradicant, niſi quod tantum inſanorum inſtar uociferantur, Hære-
tici, cruciſige, cruciſige.

Audiuiimus etiam paulò ante diſerte, quod Apologia exponat Au-
guſtini genus Originalis peccati **CONCUPISCENTIAM**,
de ipſamet corrupta natura: que quidem adeo ſit intelligens, ut etiam fa-
pientiam & iuſtitiam carnalem ſectetur, & illis confidat, & uel ſecu-
ra DEVM contemnat, uel perterrefacta oderit ac fugiat deteſte-
turque.

Dicitum item eſt, quod Auguſtinus agnoscat, & diſertiſime conſite-
atur libro de ciuitate Dei, 15. cap. 7. quod Apoſtolus Roman. 6. & 7.
deſcri-

describens originale peccatum, intelligat per id ipsammet carnem concupiscentem contra Spiritum, & totam partem carnalem: Sunt enim ista ipsius propria uerba.

Præterea clare sese ac alios Patres exponit Augustinus lib. i. contra Iul: quod cum negant peccatum esse substantiam, loquantur de tali substantia, ubi malus genius etiam ipsam materiam creauerit. Verba eius hæc sunt de Basilio: Ibi ille (scilicet Basilius) id agit, ne peccatum malum substantiale credatur, habens suam quandam MATERIAM, sicut sapiunt Manichæi: & mox: Peccatum principium accessionis non substantiam habuit, sed uoluntatem, Et statim, Manichæi putant esse impossibile mutari naturam mali in donum. Est uero hic diligenter obseruandum, quod efficere quampliam substantiam, formam simul & materiam, sicut Manichæi de pravo creatore & eius creatura peccato cogitauerunt, sit planè diuinæ omnipotentie, sed formam pessimam, destruendo bonam, efficere quisquis destructor bonarum rerum potest, præsertim in rebus ita à D E O conditis, ut in aliud sint commutabiles.

Talem substantiam habentem materiam à malo genio conditam isti potius asserunt, qui dicunt peccatum Originale esse uenenum, toxicum, philtrum, aut stercus, Unflat, (nam & hac uoce istud Germanicum istius scriptum utitur) à Satana ab extra in Adamum infusum, quo ille sit ab eo infectus ac contaminatus, Verunrenniget/ qui item negant factum esse ipsius essentiæ commutationem, negant= quæ malum esse exortum ex bono per commutationem, sed uolunt esse exortum malum, per admixtionem & participationem illius mali, à Satana intemperati: quæ isti disertissimè affirmant, contendentes substantiam hominis per se etiamnum esse conformem legi Dei. Quæ negatio commutationis, & assertio admixtionis mali, planè Manichæa deliria sunt, & grauißimè ab Augustino damnantur. Vide Defens. 85. & Seq. & Confes. 122. & Sequentibus.

Quibus ibi expositis locis adde & hunc Augustini locum, ubi sic inquit: Quid ergo sic optat audire Manicheus, nisi ex bonis mala esse non posse, ut quoniam negari non potest esse mala, nihil restet, nisi ut ex malo sint, si ex bonis naturis esse non possunt? At sic sine initio habeant originem suam, malam naturam mali, quæ sine initio semper fuerit, & sint dñe:

duæ naturæ, una boni altera mali. Necesse est enim, ut aut nulla sint mala, aut ex bonis naturis sint, aut ex malis. Si dixerimus, nulla esse mala, frustra dicimus Deo, libera nos à malo. Si autem dixerimus, non oriri mala, nisi ex malis, Manichea pestilentia triumphabit, totumq; uastabit, & ipsius Dei tanquam mutabilem naturam malæ naturæ commixtione uiolabit. Relinquitur ergo, ut mala ex bonis esse fateamur, quia si hoc negauerimus, ex malis erunt, & Manicheis utiq; suffragabimur. Sic etiam testatur Augustinus, negasse Manichæos ex malis fieri posse bona, & contra.

Sic isti acerrime contendunt, creaturas Dei non posse fieri peccata, & ea quæ nunc sunt legi Dei peccata, posse regenerari.

Citat Hesbusius quedam testimonia, quod cupidus rei uenere & seu uitium libidinis sit accidens. Quid hoc ad rem, Origina. peccatum non est illud uitium libidinis, sed ipsa prava natura excitans in nobis omnem cupiditatem.

Proinde ista omnia sophismata sunt mera spectra Diaboli uolentis nobis suum Sorbonisticum Pelagianumq; separabile accidens, unde cum integris naturalibus totoq; Papatu reuehere in Ecclesiam, sicut antea Strigilem & Synergistas est conatus. Non pudet istos homines, quod iam Synergistæ melius doceant de origin. peccato, qui contendunt esse accidens inseparabile, cum isti nugentur esse separabile.

Dominus Iesus unicus Emanuel & Michaël noster reprimat ipso-
rum & Satanæ furorem, omniumq; eius organorum, & restituat Eccle-
sie lucem ueritatis ac pacis suæ, propter misericordiam & ueritatem su-
am. Dicat omnis amans Christum & ueritatem omni uoto
ac fide, Amen, Amen. Non frustra isti fugi-
unt lucem Colloquij &
Synodi,

F I N I S.

B R E V I S C E N
 SVRA MATTHIAE FLA
 CII ILLYRCI, DE LI
 bro Unterricht.



Ostquam aduersarij de illo tetro mendacio creatoris Satanæ deiecti sunt, excogitant aliud. Liber enim Unterricht, fermè totus, sicut & omne istorum certamen, supra id figmentum fundatus extrectusq; est, quod singit me sine omni circumscriptione & exceptione dicere, Originale peccatum esse totam istam carnalem substantiam hominis, seu totum individualium corpus & animam: cùm ego toties tèm q; copiose simul & accuratè, in cla. 2. 482. Et in libro Nosce, sub finem ac in Defens: exposuerim circumscripterimq; prædicatum istius proposit: declarans de qua hominis parte & de qua eius essentia loquar, nempe, potissimum de anima rationali, deq; eius summo gradu, quo cum Deo agere deberet, seu de libero arbitrio, idq; propriè de forma eius essentiali theologicaq;: qua anima prius quidè ita fuit formata, ut esset Deo similis ac conformis, postea autē per illam horrendam ruinam & illud, Morte morieris, planè in contrariam formam Satanæq; imaginem transformata est. Extenditur nihilominus ista appellatio Orig: mali interdum etiam ad cor & carnem, quia nempe ista tristis forma illis dat ipsum esse veteris Adami, efficaciam pessimam & no men. Vnumquodq; enim ex sua forma dependet; Sed ram semper huc respicitur.

Sed Antagonistæ studio prægrauandi me, illam spiritualem theologicamq; formam nostri illius Spiritus mentis, (de cuius transformatione per regenerationem agitur Ephes. 4.) negligunt, & cum Nicodemo ad totum istum carnalem hominem deuoluuntur, vociferantes me loqui de ista crassa essentia externi hominis comprehendendo

A mate-

materiam & formam totumque indiuiduum ; sicut eum philosophia aut communis vita ratioq; considerat, Subreto igitur isto mendacifundamento totus iste vanissimus liber iacet.

Secundus error est, Quod, quo istam sententiam tanto commodius suis sophismatibus omnia inuolendo exagitat, neq; voces neq; res alterutrius termini peccati simul & substantiae, ac etiam accidentis verè exponat, non indicans, quid sit peccatum in genere, non etiā enumerans varias significationes substantiae, quod videlicet aliàs materiam, aliàs formam, aliàs ipsum totum compositum ex utrè constans, alias partem eius, vel etiam partis formam, alias deniq; coessentialē vim , potentiam & facultatem notat.

Perpetuò clamat iste, essentiam esse idem, quod ipsum totum indiuiduum, corpus & animam, cum non ignoret, Lutherum super 1. Cor. 15. toties testari', oportere omnino totam essentiam hominis in resurrectione mutari, & tamen idem corpus & animam manere. Eadem certè essentia est in diuersis hominibus, non tamen idem indiuiduum aut persona:

In ista quidem controuersia propriè pro forma ipsa essentiali præcipua partis accipitur. Quam formam essentialem (quia triplex est) vocat Spiritus Sanctus in scriptura imaginem Dei initiò creatam , imaginem destruetam veteris, aut terreni, mortuiq; Adami , & deniq; instauratam Dei imaginem. Inter quas tres imagines, formas uero duas transformationes interueniunt, prior quidem mors dicta, posterior autem viuificatio aut resuscitatio.

Tertius errore est, quod ignorat illam spiritualem mortem , in libro de homine assertam , qua Satan mox

Mox initio hominem trucidauit, iuxta illam seuerissimam comminationem, Morte morieris. Vnde istud horrendum Spirituale cadauer extitit, Ideoque etiam ignorat contrariam Christi viuificationem ac resuscitationem nouiq; cordis creationem, ut siamus noua creatura in Christo.

Ignorat item planè hic liber illam essentialem hominis transformationem, quam Frater eius cognominatus de homine luculenter ex Scriptura asseruit, quod primus homo perinde sit essentialiter inuersus, sicut si optima arbor aut nobilissima vitis mutaretur, degeneraretque in pessimam, aut aurum, argentum in scoriam, aut dulcis massa in fermentum, Deuter. 32. Esaiæ 5. Ierem. 2. Corinth. 5.

Quare sublata ista Spirituali virium aut essentiæ morte, somniandoque originale peccatum esse tantum nescio quid externum, aduentitiumq; quasi venenum am Stercus, Vnflat à Satana conditum, & ab extra in Adamum infusum, cum sit potius illa tristissima imago terreni hominis, aut forma veteris Adami intus in primo homine, per illam horrendam mortem, ruinam & transformationem effecta, seu in quam tristissimam formam eum illa prima destrucción, corruptio & mors perduxit commutauitq;.

Inculcat toties esse tantum immundiciem quandam in essentia hominis: cum immundicies accidat, salua prorsus & non destructa ipsa Substantia boni panis aut vestis, vel indusj. Sed Deus contra Ieremiam 13. testatur esse veram & plenam putrefactionem ipsius essentiæ succinctorij aut indusj, ita ut planè sit factum inutile, Et Ierem. 18. Cum planè fracta olla: Alioqui si immunda tantum fuisse facta Olla aut

A 2 indu-

indusium ancilla id facile eluisset. Ad quam quidem ab-
lutionem isti illud, Cor mundum crea in me Deus, contra
expressum textum verbi diuini, & Lutheri interpreta-
tionem inuertunt.

Dicunt orig: peccatum esse tantum Schade, damnum
aut laisionem quandam essentia hominis, esse morbum,
&c. Quas voces hic liber plurimum inculcat. Contrà
Scriptura dicit, esse eam formam uel imaginem aut specis-
em cadaueris, in quam Adamus à latrone Satana trucida-
tus, fuit transformatus, in qua etiā mox genuit liberos, Ge-
nesis 5. Vnde est ut cor eius ac mens tota sit prorsus Deo in-
conformis, & perpetuò ruat ac surat contra Deum creato-
rem, ac eius verbum, &c. vnde etiam per nouam transfor-
mationem, regenerationem, viuificationem & resuscita-
tionem, Iohan. 5. et nouam creationem in pristinam il-
lam Deoq; conformem imaginem restituendi & readi-
candi sumus.

Forte illa prima tentatio aut vacillatio Heuæ potuisset
dici Schad, aut morbus, vel vulnus à Satana inflatum. Sed
postea sequuta est plena apostasia & horrenda illa spiritua-
lis mors: ex qua porrò extitit, illa tristissima imago aut for-
ma essentialis istius spiritualis cadaueris, seu (ut ita dicā)
cadaueritas, quam tristissimam formam hominis iam vo-
gamus cum scriptura, originale peccatum.

Quare voces istæ immundicies, Schade, laesio, venenum,
morbus & similes, extremè planè extenuant Originale
peccatum, amplificantq; liberū Arbitrium, & extenuant
contraria Christi beneficia istis tantis mortibus opposita.

Quod etiam inde patet, quia salua prorsus essentia & na-
tura, ut isti volunt, accidentaria illa mala, morbi, laesiones
& similia non poterunt restantas peragere, & habebunt
perpetuò reclamantem illam adhuc superstitem Naturā,
benē à Deo conditam, sicut in corporalibus morbis ac vul-
neribus Naturā perpetuò contra morbum nititur & sanat
quantum potest: præsertim cum actiones, motusq; confi-
tentia-

sentibus etiam ipsis, ab ipsa intelligenti natura, seu anima, & non ab isto ipsorum bruto mutoq; accidente exoriuntur & ab ea formantur, ac permembra seu instrumenta corporis peragantur. Sic resurget ab inferis non tam Synergia, quam plenus Pelagianismus.

Nunquam illa Paulina grauissima & copiosissima descriptio istius Domini regis peccati, tam potenter ac malitiosè astuteq; & feruenter regnantis, bellantis & militantis contra Deum, eius legem nouumq; hominem, & omnigenas cupiditates crientis, ac peccata per membra hominis foris patrantis, conueniet alicui bruto aut muto accidente, vt isti orig: peccatum fingunt, somniant & depingunt. Illi profectò tanti motus actionesq; & opera in homine assidue excitata, non nisi potentissimè & simul intelligenti rei, aut causæ, in toto homine dominant conueniunt. Vide meam illius textus illustrationem in Confes. 305. Verum isti illam tam illustrem descriptionem huius præpotentis & malitiosissimi tyranni, omnibus modis obseruant.

Apologia Augustana eruditè simul & piè (idq; etiam citando Thomam, qui id à Vincentio habet) docet ac probat, Orig. peccatum esse non tantum defectum boni, seu illarum optimarum virium valentium præstare omnes virtutes & omne bonum officium: Sed esse veram posititionem contrariarum virium, pessima quæq; vitia & opera copiosissimè proferentium.

Quare citans Augustinum, asserit præter defectum esse concupiscentiam, quam ille in definitione pro secundo genere ponit, & expressè exponit (verba eius sunt) quod sit ipsa natura ægra, quæ negligens contemnensq; Deum, querat terrena, videlicet, non tantum voluptates, sed etiam sapientiam ac iusticiam terrenam, ijsq; bonis confidat, & Deum eiusq; iustitiam aspernetur.

At iste liber & eius author, tantum priuatiuis vocibus excluso planè concupiscentia & aliarum posituarū rerum

Nomina, Originale peccatum definit: Sicquè tum postea priorem partem peccati Originalis, (nempe illud positivum malum, vnde omnis ista horrenda efficacia & immensum chaos pruarum opinionum, cogitationum, cupiditatum, motuum & actionum exoritur, & cui parti originalis peccati, eiusquè militiae perpetuè pij iubentur repugnare) Excluso prorsus eius genere ex definitione, se peliunt, tum etiam priorem partem, tenuissimis, priuatis vocibus, Schade, Ixionis, Seuche, morbi, corruptio-
nis, &c. extenuant, & planè prorsus obscurant.

Carentia quidem iusticiæ Origina: qua vtuntur in definitione, non esset per se se leuis, Si non adeò prorsus eleuarent eam iusticiam, fingentes esse tantum quoddam leue accidens, & nequaquam de essentia hominis aut coessentiale ipfi, vt Lutherus asseruit vehementissime.

Sed tamen videntur aliquando aliquid positivum, velle dicere, cum dicent peccatum istud esse Bosheit vnd Boshaftigkeit, malitiam aut prauitatem. At malitia aut prauitas quid tandem aliud sunt, quam vitia tantum quædam? Sunt verò omnia vitia, Teste Apologia & Schmalkaldicis articulis, tantum fructus aut effectus originalis peccati, non ipsam et res aut essentia eius: Quæ iterum est maxima extenuatio originalis peccati & mērē Aristotelica Theologia de bonis & prauis habitibus.

Quamprimum audiunt dici bonam Arborem aut malam, bonum Cor aut prauum, mox ex illa vnicare duas, easquè longè diuersissimas ipsi sophistica, aut alchimistica subtilitate distillant, aut excoquunt planè, sicut Alchimistæ oleitatem ab oleo, & aureitatem ab auro, suo stulto cerebro distillant. Clamant igitur aliud esse malum.

malitiam aut bonitatem arboris ; ab ipso arbore: aliud
esse etiam malitiam & bonitatem quam ipsum cor.

Decipiuntur nempe Philosophorum Sapientia: ubi
malitia & bonitas mentis, tantum ipsæ virtutes ac vicia
esse censentur, quæ per institutionem & assiduam con-
suetudinem subinde, ad istam ipsorum rasam tabulam ve-
niunt & abeunt, mutanturq;

At longè alia est ratio creationis illius omnipoten-
tis Dei, qui non condidit mentem omni bono priuatam
nudamq; , vt rasam quandam tabellam, sicut Aristotiles
non pessimè despoliata destructaque ista mente aut ani-
maloquitur: Sed Deus initio inspiravit Spiritum veræ
vitæ, nempe tum in se esse viuum ac operosum, tum etiam
viuificantem totum hominem, efficacemque redden-
tem, cum in omni alio officio, tum præsertim erga sua
summa obiecta Deum eiusq; voluntatem ac cultum, su-
umq; summum bonum aut finem, proximumq;, & om-
nes omnino creature.

Sic itaque Deus arborem istam ipsa natura essentia-
quæ optimam & fructuosissimam in Paradyso, sua ma-
nu plantauit, quæ mox prorsus in contrariam, pessimam-
quæ arborem degenerauit.

Ille verò ipse Spiritus veræ vitæ & originalis iusticiæ,
per illam horrendam apostasiam à summo illo omnis bo-
ni vitæq; fonte, & adiunctam mortis sententiam in con-
trarium Spiritum mortis, seu in istud tristissimum Spir-
itualeq; cadaver, aut pessimum venenatissimumq; fer-
mentum prorsus inuersus ac immutatus est. Quod pro-
tinus eius pessimi, ac prioribus contrariissimi fructus
aut opera tanquam horrendi citiusdam cadaveris ex se-
pulchro aperto, (Psalmo 5. Rom. 3. Mat. 23.) exhalantes, li-
quidissimè demonstrant euincuntq;.

Dementat ergo istos Philosopho Theologos,
& captiuos abripit inanis Philosophia de accidenta-

ria

ria bonitate & prauitate, ineptissimè ad orig: iusticiam &
iniusticiam traducta, & ut magistra adhibita ac collocata
in cathedra Mosis & Christi.

Scripturæ testimonia pro suo errore citata, violentissimè & quidem sèpissimè contra proprias prius impressas explicationes torquet, Sicut & illa per pauca, quæ pro veritate à nobis citata redarguenda sibi defumit.

Alioqui pleraq; & quidem firmissima ac euidentissima testimonia verbi Dei à nobis adducta, planè præterit surda, vt aiunt, aure. Idem artificium exercet etiam in Luth: testimonij eludendis.

Hinc liquidd appetat prophetiam R. D. Ambsdorffij, fidi parastatæ Lutheri & custodis depositi eius, nimium veram esse, quod Satan id agat per istam suam thesin, aut fundamentum, Orig: peccatum est accidens, vt tota ruina simul & ineffabilis illa instauratio, viuificatio & regeneratio per Christum, effecta ad res prorsus leuiculas, & ad mentem puraç; accidentia & ipsorum alterationem, & omnino ad humana philosophicaç; somnia traducatur.

Vociferatur impudentissimè sine fine ac modo, istam Sententiam esse Manichæam, Atqui ego toties disertissimè & copiosissimè, idquè etiam ex eius proprijs scriptis, ostendi ingens discrimen inter meam & Manichæorum sententiam: Imò etiam contrà ostendi iam ante quinque nium in Cla. 2. 498. Et in omnibus sequentibus scriptis ipsorum sententiā manifestè in Manichæismum incurrere. Cur ad ea toties tamq; solidè eis opposita nō respondent, si omnino libet tam rabiose de Manichæismo vociferari?

Defensores Pelagiani accidentis, plurimum abutuntur illo Pauli dicto, Rom. 7. Malum adiacet mihi, cum tamen non possint probare, quod ibi vel vox κακόν, malum, notet ipsum originale peccatum: vel etiam verbū adiacet, significet accidens. De verbo ipso prius dicam, postea de voce, Malum.

Constat igitur ibi in græco non esse vocem συμβεβηκός, aut

aut συμβένει, quod Accidens usitatissimè significat, quod què profectò Paulo non fuit ignotum, si id omniò voluisse illic dicere.

Verum ibi Apostolus ponit verbum, παραχεῖται quod propriissimè idem significat, quod mihi iam renato proximè adest. Sic paulò ante dixerat, velle παραχεῖται, adest mihi: quod multi simpliciter verterunt, adest mihi, & vulgaris, Wollen hab ich wol: Vulgata utrumq; vertit, velle adiacet, &, Malum adiacet mihi.

Sicut autē in priori Paulus non vult verbo παραχεῖται, dicere, illud bonum aut renatum velle esse accidens, fuit enim ipsamē bona ac renata voluntas, sic etiam hoc postea non vult illo verbo facere accidens, sed tantum simpliciter affirmare, id sibi adeste.

Huc valde facit, quod verbum παραχεῖται, usitatissimè significat aliquid proximè adeste aut adiunctum esse, non habita ratione, an illud sit accidens, aut substantia. Sic Græci Grammatici vocant suum præteritū παραχείμενον, tempus proximè adiacens, & notans actionem nunc nunc primum peractam: cum aoristi notent rem peractam inde finitè, nūm in proximo tempore, aut verò iamdudum acta sit. Cum ergo dicunt id tempus aut actionem esse huius παραχείμενον, nō id volunt, quod sit accidens huius præsentis: sed tantum quod proximè huic præsenti temporī aut actioni adsit ac adiaceat.

Porrò etiam quod ibi Bonum & Malum non significet originalem iusticiam aut iniusticiam, sed eius effectus seu obedientiam & inobedientiam, ex proximè præcedentibus liquidissimè patet: Nam in proximis versibus quinque inculcauit, nempe versu 15. 16. 18. 19. & 20. se non posse id Εχλόη uel ἀγάθοη bonum præstare, quod vellet, nempe obedientiam perfectam legi, sed potius contrarium malum. Hoc verò ideo toties inculcat, ut per suos param succedentes conatus obedientiæ, seu viuam vitæ suæ experientiam, multorumq; peccatorum, & imperfectissimæ obedientiæ, pessimam suam naturam originalis peccati perpetuò obluctantem eius sanctissimo studio pie uiuen-

di demonstrēt, illustrentq; duce lege malos fructus pessimi-
mæ arboris arguentur, atq; ita etiam ipsam arborem radi-
cemq; coargente. Expende modò candide lector totum
istum contextum, & vide quomodo Apostolus iterando &
inculcando queratur, se non id bonum quod optat & cona-
tur piæ sanctæq; obedientiæ legi Dei præstare, sed potius
contrarium malum subinde languendo & labendo.

Quare tandem concludit in hoc 20. versu, se omni-
mo deprehendere ipso euenu, eam esse suam sortem sta-
tumue, ut dum serio cupiat obedire Legi, iustissimequè
viuere, subinde contra eam prævaricetur: Sicut etiam
Versu 18. dixerat, se non reperire in se veram & perfe-
ctam obedientiam: ita hic insuper dicit, se subinde in se
deprehendere peccata actualia, & omnino imperfectissi-
mam obedientiam, quantumuis multum sudet & cone-
tur facere bonum, utrobiusque etiam verbum εὐπίσκω repe-
tio, repetit.

Quin etiam in hoc ipso uersu manifesta antithesis,
Volenti facere bonum adest malum, indicat, quod hic
vox, malum, notet actualia peccata, seu vitam legi Dei pa-
rum conformem.

Hoc idem etiam in sequentibus declarat, docens
se secundum nouum hominem delectari Legi Dei, cu-
perequè ei obedire, sed subinde militia carnis abripi cap-
tiuum ad peccata actualia. Quare manifestum est, hic
bonum & malum significare ipsam obedientiam & in-
obedientiam, quæ sunt fructus Noui & Veteris homi-
nis, seu originalis iusticiæ & iniusticiæ.

Expendatur hic totus contextus, reperietur certè
sepius, ei hic Bonum simul & Malum, non ipsos fontes
aut radices originalis boni aut mali, Sed potius fructus
aut effectus inde peruenientes significare.

Quod verò Paulus loquitur in toto hoc capite de
peccato, tanquam re à se diuersa, id inde est, quia loqui-

tur de se, ut iam renato. Vult ergo indicare in se uno homine partim renato, partim non renato esse duos homines, internum & externum, bonum velle & malum velle, Mentem & carnem, qui in uno eodemque individuo aut persona sunt, & sibi in unicem tanquam in uno lecto cibantes adiaceant, acerrimeque inter se se ciuili. (ut inquit Augustinus) bello dimicantes & confligentes lucentur.

Abutitur etiam iste ipse artifex vehementer Lutheri versione, anhangen, tanquam si omnino idem valerer quod accidens, & tanquam si prorsus nullum esset dubium isthic, istas duas voces oppositas bonum & malum significare ipsum originale peccatum & iusticiam.

Atqui ut maximè obtineret, hoc loco, Malum idem planè esse quod originale peccatum, Lutherus valde crebro sic etiam de substantijs loquitur, ut cum dicit, nobis carnem & veterem Adamum adhærere, immo & iste ipse aduersarius citat quædam Lutheri dicta, K. 4. vbi ille affimet, quod Diabolus homini peccatum & mortalitatem, habe angehenget, adiecerit. Num propterea voluit Lutherus dicere, mortalitatem, aut mortalem Naturam non esse iam homini coessentiale: Sicut & omnibus alijs animalibus, sed tantum quoddam eius accidens?

Caterum valde mirum est, non pudere istos in hoc toto textu Lutheri autoritate abuti, cum ipse disertissime & copiosissime vtrumque istorum contrariorum intersese in Paulo de pugnantium, & bonum malumque patrantium, nempe, tum peccatum Originale, tum & nouam Imaginem Dei, seu internum ac externum hominem de ipsissima hominis essentia exponat, & intelligenda esse hic doceat: præterquam quod insuper euidentissime asseruit ibidem in definitione, Originale peccatum esse ipsum Cor, Naturam & Rationem cum omnibus suis præstantissimis viribus: ut nullo modo dubitari possit, quod Lutherus hunc totum Pauli textum quatenus quidem de originali peccato agat, intellexerit aut intelligendum cen-

B 2 suerit

suerit, non de accidente, sed de ipsissima hominis substantia.

Quod autem Apostolus in hoc & præcedente ac sequente Cap. omnino ita describat orig: peccatum, vt rem aut vim, potentiamq; intelligentem, vide Confes: meam 305.

In spectro quinto sine omni fronte audet iste vociferari, nos subinde oberrare ista corda, Satanam esse conditorem substantiae intelligentis. Quod est impudentissimum mendacium: non enim Satan creando suam aliquam rem aut creaturam effecit peccatum, vt isti cum Manichæis somniant, sed bonam Dei creaturam interficiendo & immutando, ex bono fecit malum, vt toties Augustinus clamat, vt arbor ista ratione quidem creationis & conseruationis à Deo sit, ratione autē inuersioñis ex optima arbore in pessimam, sit Satanæ plantatio, semen antiquæ viperæ & Diaboli. Vide Confes. 122. Sic audet etiam negare, Lutherum affirmasse, peccatum origi. esse quandam essentiam, cum non unum, sed multa euidentissima exempla, testimoniaq; eius contra proferamus. Vide utramq; Confessionem.

Verum de toto vulgari isto libro breui Deo dante ei abunde respondebitur, Orent autem omnes filium viuentis Dei, vt ipse tollat omnia scandalū & errores ex Ecclesia sua dilectissima propter promissam misericordiam & veritatem suam, Amen.

DESCRIPTIO IVSTITIÆ ORIGE EX Apologia, ad verbum descripta.

a. Hos morbos, qui maximè aduersantur legi Dei, nō animaduertunt Scholastici, Imò tribuunt interim humanae NATVRÆ INTEGRAS VIRES, ad diligendum Deum super omnia, ad facienda præcepta Dei, quò ad substantiam actuū, nec vident se pugnantia dicere. b. Nam proprijs viribus posse diligere Deum super omnia, facere præcepta Dei, Quid aliud est, quàm habere iusticiam Originis: Quod si has tantas vires habet humana natura, vt per se se possit diligere Deū super omnia, vt confidenter affirmant Scholastici, quid erit peccatum Originis?

De-

Descriptio Injusticiæ aut peccati Originalis ex
Apologia.

2. Eadem est sententia definitionis, quæ extat apud Augustinum, qui solet definire peccatum originalis, concupiscentiam esse. Significat enim concupiscentiam successisse, amissa iusticia. Nam *Æte* tebras, & contrarium gra Natura, quia non potest timere & diligere, prædicatum tribuit Deo credere, querit & amat carnalia: iudicium peccato Orig.

Dei aut secura contemnit, aut odit perterrefacta. b 1. Nota, Cōtrariū Ita & defectum complectitur Augustinus, & vitio præcedentis prædicati sum habitum, qui successit. Neq; verò concupiscentia tantum corruptio qualitatum corporis est, to Orig: nempe, vires sed etiam PRAVA CONVERSIO ad carnalia, in hominis corruptissimis superioribus viribus. Nec vident quid dicant, qui nihil boni, sed tantum simul tribuunt homini concupiscentiam, nō mor tificatam à Spiritu sancto, & dilectionem Dei super omnia.

3. Nos igitur rectè expressimus utrumq; in descri prione peccati originalis, videlicet defectus illos, corruptam naturam. Non posse Deo credere, non posse Deum timere Quare quod propriè ac diligere, Item habere concupiscentiam, Quæ hic Naturæ tribuit, carnalia querit, contra verbum Dei, hoc est, quæ hoc idem mox concupiscentiam non solum voluptates corporis, sed etiam sapi

entiam & iusticiam carnalem, & confidit his bonis, contemnens Deum. Neq; solum veteres, sed etiā recentiores, si qui sunt cordatores, docent simul istam verè peccatum originis esse, defectus rem intelligentē, id est uidelicet quos recensui, & concupiscentiam.

Addatur perspicuitatis gratia summa utriusq; querat iusticiā & sa textus circiter hoc modo: Iusticia origi: sunt ipsa integræ vires naturæ humanæ, valentes diligere Deum super omnia, & facere præcepta eius: Cu ius contrarium est peccatum orig.

Peccatum originale est defectus istius iusticiæ, nat. Hoc paulò ante & insuper contraria concupiscentia, in locum eius succedens, quæ est ægra Natura, non valens Deum facere. Idem igitur um timere & diligere, eiq; credere; sed querens ei ista sunt.

a 1. Obserua. Te re

petit prædicatum iu

slicie Orig: nempe,

VIRES Naturæ In

tegras, & contrarium

gra Natura,

quia non potest timere & diligere, prædicatum tribuit

Deo credere,

querit & amat carnalia: iudicium peccato Orig.

b 1. Nota, Cōtrariū

Ita & defectum complectitur Augustinus, & vitio præcedentis prædicati

sum habitum, qui successit. Neq; verò concupiscentia tantum corruptio qualitatum corporis est, to Orig: nempe, vires

sed etiam PRAVA CONVERSIO ad carnalia, in hominis corruptissimis superioribus viribus. Nec vident quid dicant, qui nihil boni, sed tantum

simul tribuunt homini concupiscentiam, nō mor omnia mala agentes.

tificatam à Spiritu sancto, & dilectionem Dei su

2. Declarat quid per

concupiscentiā intelli

gat, nempe, ægrā aut

corruptam naturam.

Non posse Deo credere, non posse Deum timere Quare quod propriè

ac diligere, Item habere concupiscentiam, Quæ hic Naturæ tribuit,

carnalia querit, contra verbum Dei, hoc est, quæ hoc idem mox con-

cupiscentiæ.

3. Obserua istam

bonis, contemnens Deum. Neq; solum veteres, concupiscentiam aut

sed etiā recentiores, si qui sunt cordatores, docent Orig: peccatum esse

simul istam verè peccatum originis esse, defectus rem intelligentē, id est

uidelicet quos recensui, & concupiscentiam.

res sumas, utpote que

textus circiter hoc modo: Iusticia origi: sunt ipsa integræ vires naturæ humanæ, valentes diligere

quæ bonis fidat, & De

re. Deū super omnia, & facere præcepta eius: Cu

um ipsum, cū sua grā

tuita iusticia contem

Deamans carnalia: & iudicium Dei , aut secura contemnens, aut perterrefacta odio habens. Item, Peccatum Origin: est defectus istius iusticiæ , & concupiscentia: QVÆ carnalia QVÆ R I T , contra verbum Dei, hoc est, Q VÆ R I T non solum voluptates corporis, sed etiam SAPIENTIAM & IVSTICIAM carnalem , & confidit his bonis, contemnens Deum.

Germanica porrò Apologia ita concupiscentiam istam, quæ de Originali peccato prædicatur, describit, Die böse lust oder neigung ist / das wir nach dem aller besten vnd höchsten Kressen / vnd leicht der vernunft / dennoch fleischlich wider Gott geneiget vnd gesinnet sindt Item/ Erbsünde ist die böse lust/das alle vnsere Sinne/Herz vnd Mutt / stehet natürlich wider Gottes Wort. En audis concupiscentiam esse istā ipsam præsentem nostram pessimam naturam aut formam indolemq; cordis, mentis, & omnium summarum virium perpetuò contra Deum feruentium & ruentium.

Concupiscentia cum tribuitur Originali peccato, necessariò non motus illos cupiditatum , sed vim carentem illas cupiditates significat, teste Paulo Rom. 6. & 7. Quæ autem est illa vis concupiscentia contra Spiritum. Respondet Apostolus, Gal. 5. Caro concupiscit contra spiritum.

Ex hisce locis Apologiæ multa utilissimè discere potes,¹ Primum Originalem iusticiam esse ipsas integras vires humanæ naturæ , quibus homo potuit verè agnoscerre & diligere Deum supra omnia, & eius mandatis legique obtemperare. Deinde Originali peccato esse contrarium prædicatum tribuendum, nempè, quod sint ipsæmet corruptissimæ vires , quibus prauè de Deo iudicamus, eum extremè odio habemus, & eius legem assidue violamus.

Tertio hinc discimus Originale peccatum esse defectum istius iusticiæ , seu optimarum naturæ virium, & insuper concupiscentiam , quæ concupiscentia est ipsæ segra , corruptaq; natura non valens Deo obedire ac subiici; Sed contra quæcunq; carnalia , iudiciumquæ Dei aut

contemnens autem odi et habens. Item; quod peccatum
Originale, teste Augustino, sit ea concupiscentia: QVÆ
carnalia querit contra verbum, hoc est, querit non so-
lum voluptates corporis: sed etiam sapientiam & ius-
ticiam carnalem, & confidit hisce bonis contemnens
Deum. Unde liquidò cernitur Apologiam, sicut & Pau-
lum Roman. 6. & 7. tribuere peccato Originali, quod sit
res potentissima, & simul intelligenter astuteque rego-
nans. Nam accidens brutum non potest querere sapien-
tiā iusticiamq; carnalem, aut hisce bonis confidere, &
Denm contemnere.

Postremò hinc liquidò habes, quod Origin: iusticia
& iniusticia sit essentia quedam, eaq; nobilissima in toto
homine, nam integræ aut corruptæ vires humanæ nature
omnino sunt ipsæ coessentialis vires animæ. Tum pre-
terea Ægra Natura itidem essentia est. Deniq; illa vis aut
potentia, quæ querit iusticiam & sapientiam carnalem,
ijsq; bonis confidit, omnino est ipsamet prava mens, &
non quoddam fugax accidens.

Hisce adijce hoc Augustini testim: lib: de Ciuitate Dei.
15. Capi: Caro concupiscit aduersus Spiritum, in cuius
carnis fructibus & inuidiam commemorat, qua vtiq; Cain
stimulabatur, & accendebatur in fratris exitium. Benè sub-
auditur, erit, id est, Ad te enim conuersio eius erit, & tu do-
minaberis illi. Cum enim **COMMOTA FVERIT**
PARS IPSA CARNALIS, QVAM PECCATVM
APPELLAT Apostolus Rom. 7. vbi dicit: Non ego ope-
ror illud, sed quod habitat in me peccatum, quam partem
animi etiam philosophi dicunt esse vitiosam, non quæ
mentem debeat trahere, sed cui mens debeat imperare,
eamq; ab illicitis operibus ratione cohibere. Cum ergo
commota fuerit ad aliquid perperam committendum,
si acquiescat & obtempererit dicenti Apostolo, Rom-
ano, 6. Ne exhibeatis membra vestra arma iniquitatis pec-
cato: ad mentem domita & victa conuertitur, vt subditio-
gatio dominetur. Hoc præcipit Deus.

Em

Enclarè audis, Augustinum affirmare Paulum Romanos 6. & 7. describentem peccatum orig: ipsam et carnem concupiscentem, contra spiritum vocare peccatum. Est vero nobis omnis contentio tantum de illo peccato.

Sed obijcitur contra, Augustinus negat, peccatum esse substantiam. Respondeo: Loquitur de toto peccato in genere considerato: præterea lib. i. contra Iul. citans Basiliūm clarè ita se, Patresq; alios exponit, quod loquatur de substantia habente propriam Materiam à prauo Deo conditam, quodq; mox initio propriam substantiam id peccatum habuerit, antequam esset in homine. Ego autem loquor tantum de praua forma summi gradus animæ, quam formam spiritualis cadaueris nobis Satan trucidando nobis induxit, per immutationem ex bono, ut inquit Augustinus, faciendo malum.

Est vero & illud hic diligenter obseruandum, quod condere aliquam essentiam, ita ut etiam eius materiam efficias, sit planè diuinæ omnipotentiaz, præsertim si materia ex nihilo fiat: sed mutare formam essentiale, præsertim bonam in malam, potest quisuis destruens rem quampiam bonam beneq; conditam, ut etiam bestia interficiens hominem.

Obijcitur & illud, quod dicat, interdum Augustinus, concupiscentiam esse accidens. Respondeo disertissime, loquitur in illis citatis ab Hess: testimonijs, de libidine venerea, quæ non est ipsum Orig: peccatum, sed eius effectus. Postremò obseruetur etiam quod Chemnitius probat Augustinum sæpe abuti voce peccati, & non usurpare secundum Scripturæ consuetudinem, quam nos hic sequimur. Aequiuocationis ergo ambiguitas decipit adversarios eius testimonia urgentes, tanquam pugnantia nobiscum.

Filius Dei tollat omnes errores & scandala propter

misericordiam & veritatem suam san-

ctissimè promissam, Amen.


FINIS.

A54093

X 1995726

Farbkarte #13

B.I.G.



SPIRITVS S. FIL GVRAE AVT TYPI ORI GINALE PECCATVM depingentes:

REFUTATIO PELAGIA norum Spectorum.

ORIGINAL E peccatum nusquam ita plenè, copio-
seq; describitur, vt Rom. 5. 6. 7. & 8. Ibi affirmat Apo-
stolus , illud esse Vim quandam præpotentem , regnan-
temq; in toto homine. Edentem rationalis naturæ opera
variorum vitiorum , cupiditatum & actualium peccato-
rum , Militantem malitiosissimè contra Deum legemq;
eius, accusantem & nouum hominem , eiseruire conan-
tem. Conuenit cum hoc Christus & tota scriptura, acce-
dente etiam eius fido interprete tertio Helia, quod sit ip-
sum Cor, Mens, aut Ratio cum omnibus suis præstantissi-
mis viribus. Confitetur & Augustinus Apostolo ibi pecca-
tum esse ipsam carnem concupiscentem contra spiritum,
libro de Ciuitate Dei 15. capi. 7. & toties definiens, pecca-
tum Originale esse concupiscentiam. Quod eius prædica-
tum disertè exponit Apologia, quod sit ipsamet corrupta
Natura, sitq; ea vis, quæ querit carnalem sapientiam & iu-
sticiam, ijsq; bonis confidit , contemnens Deum &
eius iusticiam. Estne istud accidens separa-
bile, aut potius nobilissima
essentia? A. J. Wallbaum
Salzedia. 1745.

Auno M. D. LXXII.